









229530  
1712  
11  
DISSERTATIO IVRIS ECCLESIASTICI  
DE

PRAXI  
IVRIS CANONICI  
IN TERRIS PRO-  
TESTANTIVM

76  
13  
QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. FRIDERICO WILHELMO  
PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE  
BRANDENB. &c. &c.

IN ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA  
PRAESIDE  
DOMINO

IVSTO HENNINGIO BÖHMERO  
D. ET PROFESS. IVR. ORDINAR.

FAVTORE AC PRAECEPTORE SVO AETATEM COLENDO  
IN AVDITORIO MAIORI

D. VI. IVLII MDCXCII.  
PVBLICO EXAMINI SVBMITTET

AUCTOR ET RESPONDENS

IOANNES MELCHIOR OPPERMANN  
HILDESIENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
Typis IOANNIS GRVNERI, Acad. Typogr. Recusa 1722.





DEPARTMENTUS ECCLESIASTICI

PAX

PRO

PRO

PRO

PRO

PRO

PRO

PRO

PRO

PRO

PRO

PRO

PRO

PRO

PRO

PRO

PRO

PRO







DISSERTATIO IURIDICA  
DE  
PRAXI IURIS CANONICI  
IN TERRIS PROTESTAN-  
TIVM.

CAP. I.

DE  
VSV IURIS CANONICI PER GERMA-  
NIAM ANTE REFORMATIONEM.

§. I.



Ingentes adhuc hodie inter *ICTos Ingressus.*  
moveri solent lites de *usu iuris civilis*  
*per Germaniam*, dum alii omnia, etiam  
minima, in praxin deducenda esse  
contendunt; alii vero paucissima tan-  
tum recepta esse docent, alii vero ali-  
ter rem determinant. De *auctoritate*  
*iuris canonici* tot diffidentes senten-  
tia haud reperiuntur, sed postquam certas de illa regulas,  
apud plerosque interpretes obvias, admiserunt, vel reti-  
nuerunt, secundum illas etiam ius canonicum quoad praxin  
aestimandum esse censuerunt. Nonnulli tamen minorem  
usum eius in *terris protestantium* agnoscunt, vnde omnino  
iuvat

A 2



iuuat inquirere, an & quatenus hodie ius canonicum usum habeat in terris protestantium?

*Differentia  
inter decre-  
tum & decre-  
tales.*

§. II. Constat ius canonicum ex decreto & decretalibus. Hæc ius papale potissimum continent; illud ius episcopale adhuc defendit. Hæc desumptæ sunt ex constitutionibus papalibus, ad papæ auctoritatem stabiliendam vnice directis: illud vero primario ex conciliis & scriptis patrum collectum est. In eo utraque iuris ecclesiastici pars conuenit, quod regnum sacerdotale pro fundamento habeat, & supponat, ecclesiam separatam quandam & independentem rempublicam, eique politicam subordinatam esse. Hastenus tantum discrepant in forma huius reipublicæ ecclesiasticæ, quæ secundum antiquam praxin ad aristocratiam inclinabat, quatenus summa rerum ecclesiasticarum per Germaniam & Galliam penes episcopos erat, regio iure in quibusdam concurrente; recentioribus vero seculis, suppresso iure episcoporum & regum in Monarchiam illam absolutissimam degenerauit. Illam adhuc præfert Gallia, & inde libertatem suam æstimandam esse censet, salua tamen communionem cum sede Romana tanquam centro communionis antiquissimo omnium ecclesiarum, prout contendit PETRVS DE MARCA de concord. sacerdot. & imper lib. I. Huic adstrictius ecclesiæ Germanicæ subiectæ sunt, vt de æquali cum Gallia libertate contendere non possint, quamuis Schilterus pro libertate ecclesiarum Germanicarum acriter certauerit.

*An libertate  
Germania  
gaudeat in sa-  
cris.*

§. III. Hæc tamen libertas tanta non est, vt multum de ea concertandum sit. Siue enim summum in sacris imperium episcopis coniunctum, siue pontifici adscribamus, status rei Germanicæ publicus subordinatus ecclesiasticæ reipublicæ manet, & summa imperii iura circa sacra, ab ecclesia usurpata, reipublicæ haud restituntur, adeoque hætenus huic libertatem veram & absolutam Schilterus attribueri non potuit, de qua tamen potissimum laborandum erat. Proinde, quando de auctoritate iuris canonici querimus, non tantum illud inuestigandum, vtrum pontifex potestatem & iura in terras protestantium adhuc exerceat? hoc enim conclamatum est, potestatem omnem papæ in territoriis protestantium esse suspensam vel potius

*Absoluta  
status contro-  
uersia firma-  
tur.*



potius sublatam: nec etiam, an episcopi catholici ius quoddam sibi in illa arrogare possint? nam & horum iurisdictio cum iure diocesano suspensa est: sed potius illud inuestigandum est, annon principia eadem, ex quibus vel pontifices vel episcopi ius circa sacra prætextu sacerdotii sibi arrogarunt, in ecclesiis protestantium supersint, ut mutatis saltim personis, eadem ludatur inter protestantes fabula? & quatenus instituta papalia circa secularia negotia adhuc hodie in foris protestantium usum præbeant? Cum vero hæc potissimum in *decretalibus*, illa vero in *decreto* Gratiani contineantur, non intempestivum erit, utriusque partis auctoritatem *antiquam & hodiernam* per Germaniam evoluere.

§. IV. Et quidem, quod *decretum* concernit, compilatio eius a Gratiano concinnata est ex antecedentibus collectionibus Iuonis, Burchardi, aliorumque, qui canones conciliorum antiquitus collegerunt. Neque enim monachus hic ipsos consulit fontes, quo facto, forsitan minus errasset, prout obseruat Augustinus in *emendat. Gratiani*, sed novam ex aliorum collectionibus compilationem fecit. Proinde videndum est, quo iure Germania vsa sit ante Gratiani collectionem. Constat, confecto concilio Chalcedonensi, *codicem canonum universæ ecclesiæ*, auspiciis Leonis I. in Italia allatum, pedetentim per Galliam & Germaniam usum habuisse, eumque retinuisse usque ad tempora Hadriani Papæ, ut vel maxime concinnior versio a Dionysio exiguo interim esset publicata. PETRUS DE MARCA *de veter. collect. canon. c. 2.* Facit huius collectionis mentionem GREGORIVS TYRONENSIS *lib. V. c. 19.* ubi simul obseruat, canones apostolicos codici illi infertos fuisse, quod nova quadam audacia factum erat, cum antea tanquam apocryphi fuissent reiecti. Maiorem auctoritatem adiecerunt, postquam a Dionysio exiguo codici canonum signem ubique auctoritatem accepit. An in Germania statim eius auctoritas admissa fuerit, non constat, ipso fatente *Mastricht in historia iur. eccles. n. 94.* Imo cum ante Hadriani tempora in Gallia haud receptus fuerit, probabile est, eius usum

*De iure ecclesiastico per Germaniam ante Gratiani decretum.*

*Quo referri debet (1) codex canonum.*



*An Bonifacius  
per Germani-  
am iura noua  
introduxerit.*

vsum in Germania nullum fuisse, præsertim cum ecclesiæ Ger-  
manorum cum ecclesiis Gallorum eo tempore maxime conspi-  
rarent. Equidem iam paulo antea Bonifacius, ille Germano-  
rum apostolus, per Galliam & Germaniam auctoritatem, sedis  
Romanæ admodum promouere, & archiepiscopos ei variis  
artibus subiicere studuit, quin etiam sedulus inquisitor hære-  
ticæ prauitatis fuisse videtur, quod inprimis colligitur ex ac-  
cusationibus contra Virgilium, antipodas dari asserentem,  
quod hæresin sapere existimauit Bonifacius. Zacharias eo  
nomine ad Bonifacium scripsit apud BARONIVM ad ann. 748.  
n. 2. vbi n. 11. hæc verba occurrunt: *De peruersa autem  
doctrina, quam contra dominum & animam suam locutus est,  
quod scilicet alius mundus, & alii homines sub terra sint, ali-  
usque sol & luna, si CONVICTVS fuerit, ita confiteri: hunc  
accito concilio, ab ecclesia pelle sacerdotii honore priuatum. Sed  
& nos scribentes prædicto duci, euocatorias de prænominato  
Virgilio mitimus literas & nobis præsentatus & SVBTILE  
INDAGATIONE REQUISITVS, si erroneus fuerit  
reperitus, canonicis decretis condemnetur.* Antea quoque ad-  
hortatus fuerat Bonifacium, vt in hæreticos sedulo inquireret.  
Conforta etiam dilectissimos nobis orthodoxos episcopos & sacer-  
dotes atque Leuitas, ceterosque clericos, religiosos abbates  
& monachos, pariterque religiosissimos duces cunctosque opti-  
mates Francorum, vt vobis sint adiutores contra aduersarios  
orthodoxæ fidei, omnesque hæreticos & schismaticos &c. In a-  
liâ eiusdem Zachariæ epistola ad Bonifacium apud VORBVRGI-  
VM Vol. IX. ad ann. 742. p. 412. approbat Bonifacii factum, quo  
hæreticos quosdam carceri mancipauerit inueniens: *Bene enim  
tua fraterna sanctitas iuxta ecclesiasticam regulam eos damna-  
uit, & in custodiam misit, & optime vocauit antichristi mini-  
stros & præcursores.* Conf. BARON. ad ann. 743. n. 7. Præter-  
ea idem Zacharias in epist. ad Bonifacium apud BARONIVM  
ad annum 744. n. 20. & VORBVRGIUM Vol. IX. pag. 435. man-  
dat, vt Adelberti Godalsacii & Clementis hæreticorum causa  
in concilio denuo subtili indagatione cribretur. Et post pau-  
ca pergit: *Si autem in superbia persisterint contumaciter, pro-*  
*clamant.*



clamantes se reos non esse, tunc cum probatissimis & sanctissimis sacerdotibus tribus vel duobus ad non dirigite viros, ut PROFUNDA INQUISITIONE coram sede apostolica eorum INQUIRATUR causa, & iuxta quod meruerint, finem suscipiant. Vnde forsitan ex his & pluribus aliis argumentis colligi posset, Bonifacium quoque omnem adhibuisse diligentiam, ut codex Dionysianus per Germaniam & Galliam in praxin deduceretur. Sed forsitan prioris & antiquioris versionis auctoritas restituisse videtur, quo minus codicem hunc in praxin deducere potuerit, cum nulla huius rei vestigia occurrant. Hadrianus Papa itaque demum codicem Dionysianum Carolo M. transmisit, & ut in usum ecclesiarum Gallicanarum & Germanicarum traduceretur, sedulo & enixe petiit, uti epistola Hadriani codici huic præfixa docet apud IVSTELLVM in bibliotheca iuris canon. Voti sui per Carolum compos factus est Papa, quamuis non sine contradictione, quia in illo codice epistolæ pontificum insertæ sunt, cum disciplina pristina admodum pugnant. Vid. STEPHAN. BALZIVS in præfat. ad Rigin. Prumiens. de discipl. eccles.

(II) Codex Dionysianus.

(III) Collectio Isidori

§. V. Noua collectio seculo IX. per Galliam & Germaniam apparuit ISIDORI Mercatoris vel potius impostoris, qui congeffit epistolas episcoporum Romanorum a Clemente vsque ad Siricium, spurias & fictitias, quæ tamen in signe incrementum auctoritati papæ attulerunt. Riculfus episcopus Moguntinus eam collectionem ex Hispania allatam primus publicauit, Gallisque communicauit, adeoque non dubitandum est, eum has ipsas quisquilias per ecclesias Germaniæ quoque divulgasse. Vid. HINC MARVS in opusc. ss. capit. c. 24. vbi testatur, Riculfum religiones hæc ex illo libro repleti fecisse. Addit PETRVS DE MARCA de conc. sacerdot. & imper. lib. III. c. 5, §. 3. Episcopum Moguntinensem sedem apostolicam deuote coluisse, & hoc ipsum ei epistolarum interpolandarum desiderium inieciisse, ut labantem Romanæ ecclesiæ auctoritatem in Galliis restauraret. Accessit Nicolai I. vrgentissima harum epistolarum commendatio, quippe quibus fieri potuisse animaduvertebat, ut episcopos eo magis prorsus sibi subiiceret, obseruante

er-  
pi-  
no-  
dis  
riis  
re-  
ac-  
em,  
co  
748.  
rem  
est,  
ali-  
que  
Sed  
ato  
LL  
erit  
ad-  
eret.  
cer-  
ates  
opi-  
rios  
In a-  
rci-  
quo  
enim  
ma-  
mini-  
eter-  
i v m  
man-  
causa  
pau-  
pro-  
man.



uante MARCA *cit. l. c. 6. §. 1.* Denique praxis sequentium temporum ostendit, in ecclesiis Germaniæ hanc collectionem admissam fuisse.

(IV) *Reginonis collectio.*

§. VI. Nam circa initium seculi X. anno scilicet 906. in usum præcipue ecclesiarum Germanicarum nouam collectionem concinnauit REGINO abbas Prumiensis *de disciplina eccles.* qui in hac ipsa Isidori mercatoris quisquillis hinc inde usus est. Fuit Regino origine Teutonicus & Cœnobii Prumiensis abbas, qui in hac noua collectione præter canones conciliorum orientis, Italiæ, Galliæ, Hispaniæ &c. sedulo canones conciliorum Germaniæ collegit, iisque capitularia Cæsarium Germaniæ addidit & archiepiscopo Treuirensi Rathbodo dedicauit, cuius hortatu eam perfecerat. Constat hoc ex IO. TRITHEMII *catal. illustr. eccl. script.* ubi præmittit, *quod inter Germaniæ & Galliæ Doctores suo tempore facile obinuerit principatum.* De hac collectione vero ita loquitur: *scripsi opus, quod prænotatur de ecclesiastica disciplina & religione Christiana, iubente Rathbodo archiepiscopo Treuerorum, quod ex decretis sanctorum patrum & generalium conciliorum in duobus libris comportauit, & in nongenta ferme capitula per rubricas ex more luculenter distinxit.* Hactenus latuerat hæc collectio in bibliothecis, & demum anno 1659. a IOACHIMO HILDEBRANDO Helmstadii edita, sub titulo: *Reginonis Prumiensis de disciplina ecclesiastica veterum præsertim Germanorum libri duo.* Postmodum anno 1671. correctior editio eius prodidit opera STEPHANI BALVZII cum notis eiusdem elegantissimis. Quamuis vero potissimum epistolis paparum generis usus sit, nonnullas tamen pseudepigraphas, in officina Isidori mercatoris natas & fabricatas, eum allegasse notat NATALIS ALEXANDER *in dissert. eccl. ad secul. 1. diss. 20. in append. §. 6.* Primus fuit, qui in occidente canonibus adiunxit sententias patrum & leges codicis Theodosiani cum capitularibus Caroli M. ut *nomocanonis* instar videri queat, obseruante LVDOVICO MORERY *in dictionar. Histor. sub voce Regino.* Hæc collectio, sicuti in usum Germanicarum ecclesiarum compilata est, ita non minimam auctoritatem obtinuisse videtur,



tur, ut mirer, huius collectionis parcius ab illis, qui historiam iuris ecclesiastici scribunt, mentionem fieri. Imo, quod magis est, primus canones & instituta ecclesiastica sub distinctis rubricis collegit, & reliquis, qui nouas compilarunt collectiones, hac noua methodo præiuit, obseruante rursus LVDOUICO MORERY *voce Gratianus*, quia postmodum eadem via Burchardus Iuo & Gratianus inceserunt.

S. VII. Seculo XI. inter tantas optimarum artium te-  
nebras caput quodammodo extulit BURCHARDVS, Wor-  
mariensis episcopus, natione Hassus & Conradi Salici a stu-  
diis, qui vt labentem ecclesiæ disciplinam restauraret, & crassis-  
simæ iuris ecclesiastici ignorantia, quæ tunc passim repugnabat,  
remedium quæreret, *magnum canonum volumen* scripsit, vt a  
scriptoribus sui temporis tanquam *restaurator iuris canonici*  
prædicaretur. Vnde suam collectionem hauferit, ipse prodit in  
sua collectione, ex quo apparet, eum haud consuluisse  
ipsos fontes, sed collectiones præcedentes adhibuisse, quo no-  
mine eum reprehendit ANTONIVS AVGVSTINVS, Re-  
censet etiam Romanorum pontificum decreta & libros ISIDORI,  
neque enim æquali cum REGINONE vsus est moderatione,  
sed plura ex supposititiis scriptis ISIDORI compilauit,  
quorum seriem refert MASTRICHT in *Histor. iur. ecclesiast.*  
*n. 254.* ex BLONDELLO in *proleg. Pseudo Isid. c. 18.* REGINONIS  
Prumiensis non facit mentionem, quem quo consilio omiserit,  
non satis constat, cum tamen collatio vtriusque collectionis ostendat, BURCHARDVM multa ex REGINONE  
desumuisse, vt obseruat STEPHANVS BALVZIVS, in *præ-  
fat. ad Reginon.* & simul ad singulos canones Reginonis nota-  
uit, quos Burchardus ex eius collectione in suam transtulit  
compilationem, quo factum, vt, Reginone errante, etiam ipse  
errauerit. Vnde probabile est, vtramque collectionem & ISIDORI  
& REGINONIS non leuem in ecclesiis Germaniæ auctoritatem  
habuisse, imo propagatam eam esse per nouam hanc BURCHARDI  
compilationem. Quanto in pretio hæc collectio fuerit tum apud  
Germanos, tum etiam apud Gallos, docet

(V) *Collectio  
Burchardi  
Wormariensis  
episcopi.*



cet noua illa compilatio IVONIS, quæ eodem seculo circa finem eius prodiit.

(VI) Iuonis  
collectio.

S. VIII. IVO enim Carnutensis in Gallia episcopus, opere BURCHARDI Wormatiensis episcopi accensus, librum decretorum edidit, & potiore partem ex Burchardi compilatione desumpsit. Fere eum in omnibus sequitur, & ab eo parum verbis & ordine discedit, obseruante GERHARDO VAN MASTRICHT in *hisor. iur. eccles. n. 266*. Plurima nouiter ex digestis, codice & nouellis in collectionem suam transtulit, Reginonem forsan imitatus, qui multa eo codice Theodosiano & capitularibus Caroli M. hauserat. De eo pauca hæc referuntur in *Chronico ALBERICI* a Dn. LEIBNITIO edito ad *Ann. 1106*. *Obiit Iuo Carnutensis episcopus vir multarum virtutum, ut dicit Elinandus, similiter & literarum, qui decreta abbreviauit, & multa alia vtiliter scripsit. Pro ut mores illius temporis & tot seculis inueterata opinio de regno sacerdotali ferebant, nihil magis ipsi curæ fuit, quam suppressa summorum principum potestate, regnum clericale euehere, eiusque iura putatiua quouis modo facta tecta conseruare, quem in finem forsan prædictam collectionem concinnavit. Mentem suam & intimos cordis recessus nimium quantum prodidit in epist. ad Henricum I. regem Angliæ anno 1100. apud BARONIVM ad cit. ann. & MICHAELEM ALFORDVM in annot. eccles. Britann. Tom. IV. ad cit. ann. n. 30. ubi satis impudenter scribit: Quia res omnes non aliter bene administrantur, nisi cum regnum & sacerdotium in unum conuenierint studium, celsitudinem vestram obsecrando monemus, quantum in regno vobis commissio verbum Dei currere permittatis & regnum terrenum cælesti regno, quod ecclesiæ commissum est, subditum esse debere, semper cogitatis. Sicut enim sensus animalis subditus debet esse rationi: ita potestas terrena subdita esse debet ecclesiastico regimini. Et quantum valet corpus nisi regatur ab anima, tantum valet terrena potestas, nisi informetur & regatur disciplina ecclesiastica. Et sicut peccatum est regnum corporis, cum iam non resistit caro spiritui: sic in pace*



pace possidetur regnum mundi, cum iam resistere non molitur regno DEI. Hoc cogitando, seruum seruorum DEI vos esse intelligite, non dominum, protectorem, non possessorem. Neque vero tantum totius cleri causam strenue egit, sed sedis Romanæ defensor exstitit acerrimus, vti passim ipsius litteræ docent, vnde facile constabit, eundem in collectione sua in id vnice exemplo Reginonis & Burchardi intentum fuisse, vt illa colligeret, quæ totius cleri & inprimis sedis Romanæ auctoritatem contra laicos tuerentur. IVONI quoque *Pannomia*, quam veteres corrupte *Pannormiam* dixerunt, adscribitur, quod tamen alii in dubium vocant. Sane ALBERICVS monachus scriptor XIII. seculi in *Chron. ad annum vsq.* hoc disertis verbis asserit, simulque Haimonis archidiaconi meminit, quod is *fecerit enchiridion in decretis secundum Pannormiam Yuonis Carnotensis*, nisi forsan dicere velimus, *Pannormiam* IVONI adscriptam fuisse, quod ex eius collectione desumpta fuerit, quemadmodum secundum morem illius seculi *breuiarium Amiani*, ex codice Theodosiano desumptum, vt plurimum sub nomine *codicis Theodosiani* allegatur.

§. IX. Hæ quatuor compilationes, Reginonis, Isidori, Burchardi & Yuonis, sunt primarii fontes, vnde nouam suam adornauit compilationem GRATIANVS monachus Benedictinus, & quamuis non satis constet, vtrum etiam Reginonis Prumiensis collectione vsus sit, expeditum tamen est, Burchardi compilationem eum in plerisque secutum fuisse, qui pleraque ex Reginone descripsit, vti STEPHANVS BALVZIVS ad *Reginonem* ostendit. Et quia veros & genuinos fontes non euoluit, non potuit non in infinitos incidere errores, quos inter alios feliciter detexit archiepiscopus Tarraconensis ANTONIVS AVGVSTINVS *de emendat. Gratiani*, vbi quoque non diffitetur, fontem errorum inde petendum esse. Nam in *Dial. IV. Lib. I.* ad objectionem propositam ita respondet; *Si Gratianus ex fontibus suis aquas deriuasset, id fecisset. Sed ex his & aliis permultis constat, neque concilia vidisse neque registra pontificum, neque alia sanctorum patrum scripta: sed eum, que in variis collectionibus reperta ab eo*



Postmodum  
correctum.

sunt, ea in medium protulisse. Cum itaque pontifices viderent, decretum Gratiani in summa apud omnes esse admiratione & auctoritate, de eo corrigendo anxie desudarunt, eique rei idoneos viros præfecerunt, adeo vt hodie infinitæ correctiones textibus subiectæ reperiantur, quamuis haud desuerint, qui correctionem intermittendam esse censerent, rei ecclesiasticæ rectius consuli iudicantes, si noua plane eaque concinnior compilatio ederetur. Ipse sibi hoc format dubium ANTONIVS AVGVSTINVS in emendat. Gratiani lib. 1. dial. 1. in-  
quiens: *Hic vt nosti & vt facile omnes concedunt, compilator insignis nihil fere habet valde vtile, quod proprium dicere possis: sed corniculæ illi similis, vt est in fabulis, risum scientibus, admirationem ignorantibus mouet. Si verba consideres, nihil illotritius; si artem requiras & ordinem docendi, frustra laborabis. Ita multa referi alieno loco ponenda, ita pro certis incerta constituit; vt malis illa eadem in ipsis libris non solum conciliorum, sed etiam Burchardi & Luonis & aliorum collectorum requirere. Itaque dum tu quod apud Gratianum mutandum sit, dices; in veterime confirmabis opinionem,*

Ob auctoritatem qua pollebar.

qui frustra hunc scriptorem mendis purgari putem. Remouet hoc dubium variis argumentis, ex quibus hoc capitale est, quod multorum interpretum illustratur lucubrationibus, referatur denique in iudiciis omnibus atque a theologis non minus quam a iuris vtriusque peritis in pretio habeatur.

De qua ramentum postmodum dubitarum fuit

§. X. Hæc vera omnino causa est, quod Pius IV. & V. vt & Gregorius XIII. huic correctioni tam sollicitè inuigilauerint. vt mirer, tam plures de auctoritate decreti authentice dubitasse. Non referam, quanta incertitudine in hac quaestione Dd. fluctuent, dum plures ex pontificiis præoptare videntur, vt auctoritas eius magis conculcetur, quam stabilia-  
tur, quod vestigia genuinæ & primitiuæ doctrinæ pietatisque in decreto occurrant, quæ non possunt non iis offenculo esse, qui recentioris seculi doctrinis imbuti sunt. Re ipsa hoc demonstrauit Ictus immortalis laude condecorandus STRYKVS, qui olim publicis prælectionibus potissimum ex decreto collegit omnia illa loca, quæ sanam spirant doctrinam, & in eccle-  
sis

Variis ex causis.



fuis protestantium publice docentur; vnde his lectionibus no-  
 men dedit *presidii religionis euangelicæ in terris protestantium*.  
 Obseruauit idem beatus SPENERS P. I. der Bedencken c. 1.  
*sect. 14. p. 84.* vbi memorabilem locum Augustini in c. 36. de  
*consecr. D. 4.* Decreto Gratiani *singulari Dei prouidentia* in-  
 fertum esse ait, & hæc addit: Ich nenne es billig eine sonder-  
 bahre Regierung Gottes, indem solche thesis nicht wenig Scha-  
 den dem Pabstthum, und sonderlich der übermäßigen prærogati-  
 uen des Cleri, an dem allein anderer Leute Seeligkeit fast einzig han-  
 gen solle, thun, ja gleichsam eine Grund-Seule ihres Gebäudes  
 überhauffen werffen kan. Atque ex his rationibus persuasissi-  
 mum habeo decretum Gratiani neque ab Eugenio III. nec ab  
 aliis pontificibus vnquam expresse confirmatum esse. Neque  
 vero obiici potest, quod protestantium religio recentior sit, vt  
 ita pontifices huius intuitu deterreri haud potuerint, quo mi-  
 nus illud authentice confirmarent. Vt enim hoc omnino  
 concedi debeat, non desuere tamen aliæ rationes, eæque præ-  
 gnantiores, quæ aulæ Romanæ decretum facere suspectum  
 poterant. Vestigia iuris antiqui, episcopis & metropolitanis  
 competentis, contra quod papa plura innouauit, luculenta ibi  
 deprehenduntur, quæ sane ita comparata sunt, vt possessionem  
 pontificis vix a mala fide liberare possint. Galli in vindicanda  
 libertate ecclesiarum suarum hoc potissimum vrserunt, vt pas-  
 sim docet PETRVS DE MARCA, vnde sæpius quoque ad decretum  
 Gratiani prouocat. Vt tamen in totum illud eliminarent  
 pontifices, induci haud potuerunt, quia ex quisquiliis ISIDO-  
 RI peccatoris plurima collegit GRATIANVS, quæ aulæ Ro-  
 manæ inseruunt, quæ alias, decreto hoc penitus reiecto, nul-  
 lum vel minimum habitura fuissent pondus, sed GRATIANI  
 opera maiorem acceperunt auctoritatem. Vnde factum est,  
 vt fata huius decreti tacite, artibus clandestinis, promouerent,  
 expressam autem approbationem eidem denegarent, optime  
 iudicantes, in fauorabilibus se huius ope vti, in odiosis autem  
 exceptionem *deficientis approbationis* opponere posse.

§. XI. Quæ cum ita sint, negari quidem nequit, priua- Auctoritas de-  
 ta auctoritate decretum compilatum esse, ad instar consuetudi- ceto authen-  
 num tica asseritur.



num feudalium Longobardicarum, nihilominus tamen existimo, auctoritatem ei authenticam pedetentim conciliatam fuisse *usu & obseruantia* forensi, quatenus recentior ecclesie disciplina ei non resistit: in multis enim antiquam immutatam esse, nemo negabit. Interim non immerito mirum videri posse ait ESPERIVS in *tr. histor. canon. in omnes can. P. VI. c. 3. §. 2. n. 1.* quomodo opus privati monachi, qualis fuit Gratianus, tanta confusione compactum, tot erratorum congerie referum ad eam auctoritatem peruenire potuerit, tantaque doctorum tam Theologorum quam iuris peritorum consensu & applausu suscipi & laudari, meruerit. Duas tamen adducit causas, vnde auctoritas singularis collectioni huic conciliata fuerit (I) *ob methodum tractandi*, quod collectores ante Gratianum ipsorum conciliorum aut pontificum decreta simpliciter retulerint, Gratianus autem varias discordantes canones conciliandi rationes excogitauerit & proposuerit, quæ rudi seculo admodum gratæ fuisse videntur. Accessit, quod suæ collectioni multa iuris Romani capita inseruerit, eo tempore in primis gratissima, quo publice in Academia Bononiensi ius civile doceri & exponi ceperat. (II) *Ob Academiæ Bononiensis famam*, quæ eo tempore adeo celebris fuit, vt vndique ad illam studiosi confluerent iuris discendi gratia. Hac occasione quoque factum, vt præter ius civile etiam decretum Gratiani, in Italia confectum, publicis prælectionibus illustraretur, & ita æqualem fere cum iure Romano mox auctoritatem acciperet. Idem iam ante ESPERIVM FRANCISCVS DV ROY in *instit. iur. Can. præm. §. 6.* obseruauit, & sequentia addit: *Cum studiosi a suis canonici iuris professoribus nihil aliud domum suam exportarent, quam glossas & commentarium in decretum Gratiani, hoc ei magnam existimationem apud omnes per æque gentes conciliare potuit.* Accessit (III) *ruditas seculi*, ob quam sine delectu quæuis in culta & horrida in pretio habebantur, modo speciem quandam eruditionis saperent. Ineptiæ glossatorum, qui primum notas in decretum ediderunt, hoc testantur, quæ tamen itidem magna auiditate suscipiebantur, vtut nihil solidi continerent. Ziegler in *prolegom. ad Lancellos. §. 48.* Et sicuti glossatores iuris Romani

Ex variis causis.



mani sibi per eam ætatem singularem auctoritatis & eruditionis opinionem acquisuerant, ita *decretistæ*, uti vocabantur, anxie laborarunt, ut eandem sibi conciliarent auctoritatem, id quod aliter fieri non potuit, quam per *authenticam decreti applicationem*. Atque adeo eo tempore omnis eruditio penes *legistas* & *decretistas* esse dicebatur, ut in negotiis arduis & difficilimis ad eos refugium quasi publicum esset, & oraculorum instar orbis haberentur. Adferam exemplum insigne, quod eodem seculo, quo Gratianus compilationem suam ediderat, imo fere post triginta annos decretistarum auctoritatem ostendit. Anno 1185. sede Treuirensi vacante, duo erant electi, Volmarus a parte saniore, Rodolphus a parte inferiore, & cum inde contentio de electione emergeret, Volmarus sedem Romanam appellavit, Rodolphus vero imperatoris patrocinium elegit, & investituram ab eo obtinuit. *Procedente tempore*, inquit ARNOLDVS LVBECENSIS lib. 3. c. 10. cum Volmarus sequeretur curiam Romanam, & pro suo negotio molestus esset apostolico, apostolicus missa epistola peremptorie citavit Rudolphum, qui tunc cum imperatore erat, quod imperator audiens non parum egre ferebat: ipsum tamen ne contumax videretur, ad audiendum venire hortatus est, mittens secum DVOS DECRETISTAS quidem, VT PRO RVDOLPHO ESSET IVSTITIA CANONVM; *legistas vero, ut pro parte sua flarent iura legum*. Inde evidentissime apparet, iam hoc seculo XII. in comitatu & aula Cæsarum confluxum decretistarum & legistarum fuisse, quorum consilio in arduis causis utebantur, & sicut hi ius Romanum, ita illi decretum Gratiani in praxin deducebant, imo circa annum 1179. Bartholdus, electus archiepiscopus Bremensis, papæ commendatus est a decretorum legumque peritiis, referente autore anonymo *histor. Archiep. Bremens. apud Lindenbrogium*.

Exemplo res illustratur.

§. XII. Quamvis itaque nulla publica auctoritate decretum corroboratum sit, inde tamen minime inferri potest, illud authenticam decidendi vim non habuisse. Habuit reuera eadem fata in foro, quæ iuri Romano obtigerunt. Hoc nulla publica lege receptum aut approbatum, respectu Germaniæ

Auctoritas decreto ulterius assertitur ex receptione.



mania ius plane extraneum, imo ita comparatum est, vt in plurimis a moribus Germaniæ abhorreat, & infirmitatis antiquis e diametro aduersetur. Et tamen legistarum vsu, applicatio- ne, doctrina, & commendatione adeo receptum est, quamuis *in subsidium*, vt de *authentica* eiusdem auctoritate & *vi decisiva* nemo amplius dubitet. Quid ergo mirandum, quod *decretum Gratiani* eadem facilitate, ipso vsu & praxi, per *decretistarum* artes, laborem & studia tandem receptum fuerit; qui auctoritatem eius in dubium vocant, vnice in eo se fundant, quod *priuato ausu* collectum, & nunquam expresse approbatum sit. Id ipsum vero etiam iuris Romani auctoritati obici posset, quod licet *publica* Iustiniani auctoritate collectum fuerit, quoad fora Germaniæ tamen per se nullam habuit auctoritatem, sed hanc demum solo vsu, *obseruantia* & *receptione* accepit. Collimat huc PETRVS LAYMANNVS *lib. l. theol. moral. tr. 4. c. 6. §. 1.* asserens: *Dicta vero sanctorum patrum ipsiusque Gratiani ac Palea* (nam de horum auctoritate potissimum, dubitatum fuit) *quæ ecclesiasticis regulis bonisque moribus non repugnant, licet per se nullam iuris auctoritatem habeant* (cum in iure condendo causisque definiendis non sola scientia, sed magis etiam potestas sit necessaria iuxta c. 1. d. 20.) *nihilominus consuetudo obtinuit, vt in externo foro etiam ille ad causarum decisionem inferuant.* Imo quamuis ESPENIVS in *tr. histor. canon. ad omnes canones p. 6. c. 3.* auctoritatem iuris decreto denegat, vela tamen in §. 5, quodammodo retrahit, & auctoritatem ei non minimam ex vsu & receptione adscribit his verbis: *Tametsi communi tam Theologorum quam canonistarum consensu decreto Gratiani, etiam post emendationem Romanam, iuris auctoritas negetur; quin tamen a pluribus iam seculis publice, tanquam pars corporis canonici in scholis prælegitur, commentariis illustratur atque ad controversiarum decisionem ex illo tanquam canonum codice canones allegari & citari a canonistis consueverunt, non dubium, quin vel*  
**EX ILLA RECEPTIONE** aliquid saltem auctoritatis canonibus illis, siue fragmentis a Gratiano relatis accedat, præsertim cum per quatuor facile secula Theologi atque canoniste ad hoc decre



decretum, tanquam canonum ecclesiasticorum codicem communiter recurrerint. Vult ergo, aliquid auctoritatis illis ex receptione tributum esse, quod eo sensu accipiendum esse credo, ut vim decisivam habeat, quatenus nouiori iure & praxi ecclesiae ei haud derogatum est. Plura enim noua iura per decretales, concilium Tridentinum aliaque iuris pontificii capita introducta esse nemo in dubium vocabit. Ipse **CONRIN- GIVS** de orig. iur. German. c. 26. in eandem inclinatur sententiam, testimonio cardinalis **TVSCHII** vsus, qui tom. 2. lit. D. conclus. no. n. 1. ita: *Hodie sine dubio probat (decretum) quia Gregorius XII. illud approbavit, dum in bulla sua impressoribus concessa illud cum decretalibus Sixti & Clementinis appellat corpus iuris canonici.*

§. XIII. Imo ante Gregorii XIII. tempora decretum auctoritatem insignem habuisse, tot pontificum curae in corrigendo hoc decreto ostendunt, cui demum ultimam manum attulit Gregorius XIII. praecipitque, *ut quae reposita & emendata sunt, omnia quam diligentissime retineantur, ita ut nihil addatur, mutetur aut immutetur.* Haec sollicitudo vana & absque ratione suscepta fuisset, nisi pontifex sciuisset, quotidie decretum in decisionibus canonistarum allegari, & ad illud, tanquam ad *codicem canonum uniuersalem* prouocari, adeoque auctoritatem eius in praxi non modicam esse. Eam vero haud abolendam, sed potius promouendam esse, censuit **Gregorius XIII.** dum correctionem non tantum perfecit, sed ut reliquis iuribus authenticis praefigeretur mandauit. Hoc modo enim decretum correctum tuto allegari posse credidit, non ad nudam theoriam & doctrinam, id quod iuris ratio, quae practica est, non admittit, sed ad causarum decisionem forensium. Ait enim, *ipsum decretum absque glossis a deputatis in totum iam emendatum & correctum, ac nonnullis annotationibus illustratum existere, ipsiusque maiorem partem a dilecto filio Paulo Constabili, tunc sacri Palatii apostolici magistro una cum dictis decretalibus Gregorii IX. recognitam & approbatam esse.* Totum opus, cui decretum **Gratianii** eius auctoritate praefixum erat, vocat *iur. canonicum expurgatum*.



purgatum, libros iuris canonici de mandato suo recognitos, correctos & expurgatos, præcipitque, ne vlli homini per totum terrarum orbem eis liceat aliquid addere, detrabere, vel immutare aut inuertere, nullaue interpretamenta adiungere, sed vt prout opus illud Romæ impressum fuit, semper & perpetuo integrum & incorruptum conseruetur. Quemadmodum itaque Iulius Romanum *implicite* inde approbatum esse iudicant, quod in legibus imperii ad illud prouocetur, mirum sane est, auctoritatem decreti in dubium vocari, postquam Gregorius XIII. tantopere ad illud prouocat, & illud ceteris iuris canonici partibus æquiparat, vt proinde *ESPENIO cit. l. §. 4.* haud concedi debeat, decretum Gratiani nullam iuris auctoritatem ante correctionem habuisse. Ideo enim in eo corrigendo tantopere inuigilarunt pontifices, quia animaduertent, ad illud tanquam ad *codicem canonum authenticum* prouocari, imo prouocatum ab ipsis pontificibus esse, vt adeoque Gratianus nunquam pontifices in errorem induxerit. Exemplum est in *c. n. X. de transl.* desumpto ex *c. 45. c. 7. qu. 1.* vbi concilium Cyprianum sub Photio celebratum allegatur, quod non agnoscit ecclesia Romana, & tamen tanquam legitimum ab Innocentio III. adducitur, non alia quam Gratiani auctoritate. In similem errorem Gratianus Innocentium III. induxit in *c. 13. X. de iudic.* vbi allegat legem Theodosii, quam etiam Gratianus Theodosio adscribit in *c. 35. c. n. qu. 1.* quæ tamen Constantino debetur, vt apparet ex *l. 1. C. Theod. de episc. iudic.* vnde constat, ipsos pontifices ad decretum prouocasse. Equidem vrget *ESPENIVS l. c.*, Gregorium XIII. in bulla sua ad totum decretum, & sic quoque ad ea respexisse, quæ de suo addidit Gratianus, quæ auctoritatem iuris habere atque a pontifice ita probata esse, vt ab iis recedere non liceret, neminem putat hactenus asserere autum fuisse; adeoque inde euincere conatur, per correctionem illam Gregorianam nullam vim *iuris* decreto accessisse. Verum responderi potest (1) auctoritatem iuris decreto accessisse ex *receptione & usu*; adeoque eatenus illam asserendam esse, quatenus receptum est; iam autem constat, plerumque dicta Gratiani vel negligi, vel reici, & refutari, ali-



aliquando quidem retineri, sed vt *privati* hominis; ipse glossator non raro Gratiani dicta reiicit, quandoque nimis immodeste, vt in c. 7. C. 2. qu. 3. *lit. c. vbi gl. ita; Hic fateor plane te mentium Gratiani & gl. in pr. D. 18. lit. c. illud non est verum &c.* Cum vero glossæ auctoritas maxima fuerit, huius exemplum decretistæ sunt secuti, quæ causa est, quod non eadem auctoritate prouocatum fuerit ad dicta Gratiani, quam quidem ad excerpta eius. (II) Correctio decreti primario instituta est propter excerpta Gratiani, non propter dicta eius, cum illa in ore omnium doctorum essent, non hæc; interim cum integrum decretum emendandum esset, quandoque etiam dictis Gratiani emendationes quædam adiectæ sunt, vnde tamen maiorem auctoritatem minime acceperunt, cum antea nullam habuerunt, qualem tamen nacta erant eius excerpta.

§. XIV. Eundem in censum, in quem dicta Gratiani constitui, reiicienda quoque esse illa capitula plurimi censent, quæ nomen *paleæ* præfixum habent, quod hæc sit nota, res inanes & leues in iis textibus contineri. Qui ita censent, palea dici quasi τὰ παλαιὰ antiqua, iudicant & licet ita *palea* scribendum fuisset, constet tamen vsu medii æui compositum *EA* vel *AE* adhibitum non fuisse. Verum hæc coniectura vel inde corrui, quod capitula illa, quæ notam illam præfixam habent, non videantur esse Gratiani, & in vetustissimis codicibus desiderentur, teste ANTONIO AVGVSTINO in emend. Gratiani lib. 1. dial. 2. adeoque demum post addita fuerint. Probabile omnino est, hæc capitula ab auctore quodam, cui nomen *Palea*, adiecta fuisse, cum AVGVSTINVS testetur, hoc nomen familiæ cuidam Cremonensi proprium esse. Vnde quoque in margine, in aliis toti volumini præmissa, vt testatur GERHARD VON MASTRICHT ad *Augustini emendat. cit. l. n. 16.* Tandem vero ipsi decreto inserta sunt, & ita cum eo quoque acceperunt auctoritatem. Agnoscit hoc ANTONIVS AVGVSTINVS cit. l. asserens, non carere auctoritate, aut esse reiicienda hæc capita, sed aliqua nota esse a ceteris distinguenda;

C 2

cor-  
tum  
im-  
sed  
uero  
que  
cant,  
e est,  
orius  
ano-  
haud  
atem  
tan-  
illud  
pro-  
non-  
est in  
lium  
non  
b In-  
itate.  
c. 13.  
atia-  
stan-  
vnde  
idem  
orum  
didit  
ce ita  
t ha-  
erero  
iuris  
is il-  
con-  
tari,  
ali-



da, quasi addita post Gratiani lucubrationes. Idem censet GERHARDVS VON MASTRICHT ad Augustin. cit. l. aien: *Falsam vero esse illorum opinionem, qui eas contemnendas putant, ex eo constat, quod multæ & in decretalibus & apud vetustiores Gratiano collectores habentur.*

Decretum etiam per Germaniam auctoritatem accepit.

§. XV. Quamuis vero hætenus assertum sit, auctoritatem iuris decreto accessisse ex usu & receptione, specialius tamen videndum est, an etiam in Germania similem auctoritatem habuerit? Hoc ipsum affirmandum esse, patet ex hisce fundamentis. Scilicet (1) in §. XI. iam demonstraui, seculo XII. mox post decretum publicatum decretistas in comitatu suo & aula Cæsares habuisse, adeoque satis probabile esse, episcopos quoque per Germaniam huius generis hominibus stipatos fuisse, per quos ius redderent, & quorum auxilio uterentur. Fama Academiæ Bononiensis ex omnibus vndique prouinciis & regnis infinitam hominum multitudinem induxit, ut studiorum gratia in hanc celebrem academiam transirent, vnde & Germani huc se contulisse constat, per quos mox decreta in usum traducta sunt. Vetus sane interpret iuris ODOFREDVS memoriæ prodidit, Azonis tempore, qui circa finem seculi XII. floruit, Bononiæ circiter decem millia studiorum fuisse, quorum magna pars Germanica iuuentute constabat, notante HOTTO MANNO in dedicatione præfixa commentario ad instit. Idem testatur BOLOGNIVS ad auth. habita C. ne filius pro patre n. & Floruit quoque eo tempore academia Parisiensis, ad quam ex omni terra iuuenes innumeri confluerunt studiorum gratia. CONRING. ad antiquit. acad. dissert. 1. p. 46. Floruit in hac academia iam seculo XII. studium iuris canonici, antequam decretales a Gregorio IX. publicarentur, ex quo coniectio, in hac academia decretum studio iuris canonici inferuisse. Colligo hoc ex iis, quæ CAESAR EGASSIVS BVLAEVS in hislor. vniuers. Paris. tom. II. ad secul. vniuers. IV. p. 580. hac de re habet, vbi docet, circa annum 1150. vtriusque iuris disciplinam in scholis Parisiensibus exerceri cœpisse, in testimonium adducens PETRVM BLAËSENSEM & IOANNEM SARISBURIENSEM, qui circa hæc tempora



pora florere. Ipse SARISBYRIENSIS lib. II. metalog. c. 6. ita ait: *Et quia tres artes accepi, easque viles, tres in idem do- ceo sed vtiliores, sit ergo prima militaris, secunda medicinalis: tertia IVRIS CIVILIS ET DECRETORVM, & totius eibice perfectionem absoluat.* Circa initia seculi sequentis in magno pretio vtrumque ius fuisse constat ex RIGORDO, chronographo Parisiensi, qui ad ann. 1209, de studiis Parisien- sibus hæc habet: *In diebus illis studium literarum florebat Pa- risia, nec legimus tantam aliquando fuisse scholarium frequen- tiam Athenis, vel Aegypti vel in qualibet parte mundi, quan- ta locum prædictum studendi gratia incolebat. Quod non so- lum fiebat propter loci illius admirabilem amœnitatem, & bo- norum omnium superabundantem affluentiam, sed etiam pro- pter libertatem & specialem prærogatiuam defensionis, quam Philippus Rex & pater eius ante ipsum ipsis scholaribus impen- debant.* Cum itaque in eadem nobilissima ciuitate non modo de triuii & quadriuii, verum & de *QUESTIONIBVS IV- RIS CANONICI ET CIVILIS, & de ea facultate, quæ de sanandis corporibus & sanitatibus conseruandis scripta est, plena & perfecta inueniretur doctrina, feruentiori tamen desiderio sacram paginam, & questiones theologicas doce- bantur.* Eadem verba repetiit, & chronico suo inseruit ALBERICVS monachus a Leibnitio editus ad ann. 1209, p. 451. Ad hanc celeberrimam academiam Germanos quoque ac- cessisse, & studio decreti operam dedisse, eo minus dubii habeat, cum ex ARNOLDO Lubecensi Abbate, lib. III. Chron. Slavor. c. 5. constet, Danos quoque huc confluxisse, & decretistis docentibus operam dedisse. Suppeditavit mi- hi hunc locum Arnoldi CONRINGIVS de orig. iur. Germ. c. 26. p. 131, cuius verba hæc sunt: *Scientia quoque liberali non parum profecerunt, quid nobiliores terræ filios suos non solum ad clerum promouendum, verum etiam secularibus rebus in- stituendos Parisios mittunt. Vbi literatura & idiomate lin- guæ terræ illius imbuti non solum in artibus, sed etiam in Theo- logia multum inualuerunt, siquidem propter naturalem linguæ celeritatem non solum in argumentis dialecticis subitiles inue- niun-*



riuntur, sed etiam in negotiis ecclesiasticis tractandis BONI  
 DECRETISTÆ suæ legistæ comprobantur. Sic itaque non tan-  
 tum in academia Bononiensi sed etiam Parisiensi studium de-  
 creti viguit, & inde in Germaniam facile penetrauit, maxime  
 cum ex his academiis in aulam Cæsaris legistæ & decretistæ  
 transfissent. Ipse Henricus VI. studio iuris canonici & ciuilibis  
 operam dedisse legitur, quia Fridericus Barbarossa, pater eius,  
 decretistæ & legistæ in suo comitatu habuit, uti supra §. XI.  
 ex Arnaldo Lubecensi retuli. De Henrico VI. ALBERICVS  
 monachus in Chron. ad ann. 1185. disertis verbis refert, quod  
 fuerit doctus insignitus scientiæ liberalis & floribus eloquentiæ  
 redimitus & ERVDITVS APOSTOLICIS INSTITVTIS & le-  
 gibus imperatoriæ maiestatis, h. e. iure canonico & ciuili operam  
 dederit, postquam eo tempore decretistæ & legistæ omnem  
 eruditionis thesaurum possidere, credebantur.

*Illustratur  
 eius auctori-  
 tas exemplo  
 Semocæ.*

§. XVI. Neque tantum imperatores, sed etiam (II)  
 episcopi & archiepiscopi per Germaniam decretistas in suo  
 sinu fouebant, & quidem magis quam legistas, cum illorum  
 auxilio magis quam horum indigerent. Rara penes episco-  
 pos iuris ecclesiastici cognitio sufficiens, vulgari & qualicum-  
 que contenti, adeoque eo magis horum consiliis adiuuandi  
 erant. Vfus decreti potissimum circa initia seculi XIII. per Ger-  
 maniam erupisse videtur, quem in finem IOANNES SEMOCÆ  
 Teutonicus dictus, glossas in decretum scripsisse videtur.  
 Fuit hic Goslariensis ecclesiæ præpositus, quemadmodum  
 MONACHVS Hamerslabiensis de Basilica Goslar. apud DN.  
 LEIBNITIVM tom 1. script. Brunsvic. p. 507. eum inter præpo-  
 sitos hoc sub titulo refert: TEVTONICVS, MAGISTER, ET  
 DOCTOR DECRETORVM. Circa annum 1240. præposituram  
 Halberstadiensem suscepit, & magna incubuit cura ad illu-  
 strandum decretum, vnde tandem eius glossæ natæ sunt. Au-  
 guror, eum non alio consilio glossas in decretum scripsisse,  
 quam ut decreti huius auctoritatem promoueret, & ecclesiis  
 per Germaniam eo magis commendaret. Multa forsan in  
 decreto deprehendit pietatis antequæ vestigia & argumenta  
 contra ausus papales, quibus pro viribus resistebat. Testibus  
 veri-



veritatis annumeratur a plur. Reuer. HEINECCIO in *hiflor. Goslar. lib. 2. p. 253.* quia superstitioni, crassiori, & pontifici mafcule restitit, adeoque ab eo fulmine excommunicationis percussus est. Epitaphium eius adhuc hodie Halberftadii in ecclesia cathedrali supereft, vbi vocatur:

*Lux decretorum, dux doctorum, via morum.*

Vix credibile est, Semecam hunc suscepisse laborem, nisi decreti vsum in ecclesiis Germanicis perpexisset.

§. XVII. Hoc vero (III) eo magis probabile est, si ponderamus decretum potissimum ex luone Carnotensi & Burchardo collectum esse. BURCHARDVS potissimum in vsum *ecclesiarum Germanicarum* compilationem suam adornauit, & maximam operis sui partem ex Reginonis Prumiensis *disciplina ecclesiastica* hausit, qui rursus primario in vsum ecclesiarum Germanicarum scripsit. Cum itaque decretum Gratiani, tantam haberet conuenientiam cum Reginonis & episcopi Wormatiensis collectionibus, quas Germani vtique in pretio habebant, imo inde originem suam traheret, facile hoc ipsum eos allicere potuit, vt decretum Gratiani magna cum auiditate legerent, & in vsus ecclesiasticos verterent, decretistis vndique celebritatem operis collaudantibus.

§. XVIII. Vberius (IV) praxin decreti confirmant ipsorum imperatorum constitutiones, consensu ordinum imperii latae, quæ circa hæc tempora publicatæ sunt. Nam anno 1236. regnante Friderico II. Cæsare, hæc constituta leguntur apud GOLDASTVM *part. II. der Reichs-Satzungen. c. 15.* Wir gebieten auch vestiglich, daß man in allem Römischen Reich an geistlichen Dingen nach Geboth und nach Rath der Erzbischoffe sich halte, und welcher Bischoff oder Erz-Priester nach geistlichen Recht richt. Per vocem geistlichen Recht *decretum Gratiani* simul intelligi eo magis probabile est, tum quia in antecedentibus demonstratum est, *decretistas* in aula Cæsarium fuisse, summa auctoritate præditos, tum etiam, quia eo tempore codex canonum haud alius cognitus & in vsu fuit, quam ipsum Gratiani decretum, decretalibus nuper admodum publicatis. Idem anno 1281. a Rudolpho repetitum in constitutu-

*Imo ex ipsa collectione ex Reginone & Burchardo,*

*Et imperatorum decreto.*





stitutione relata a LEHMANNO in *Chron. Spir. lib. V. c. 108.* vbi ita: Wir gebieten och vñslich, daß man in allen Römischen Riche an geistlichen Dingen nach Gebote und nach Rate der Erzbischove an sich habe, und der Bischoff und Erzpriestere nach geistlichen Rechte. Facta hæc constitutio esse dicitur in præsentia *Cardinalis & legati*, adeoque ad huius suggestionem forsan hoc capitulum adiectum, & ex eius mente rursus interpretandum est, vt decretum & decretales intelligantur. Huc etiam collimavit autor speculi Sueuici, qui circa hæc tempora scripsisse videtur, dum *lib. 1. c. 5.* ad vtrumque opus decreti quam decretalium prouocat his verbis: *Wñ den sweden Büchern nimt man all, die recht der geistlichen und weltlichen Gerichte bedarff.* Conf. *CONRING. de orig. iur. German. c. 26.*

*Et priuato-  
rum docu-  
mentis.*

§. XIX. Denique (V) monumenta quoque publica de praxi decreti loquuntur, quia enim artifices cautelarum, caudidici, in curia Romana educati, & artibus eius innutriti erant, inde mox dispersi per regna & provincias vsum eius pro viribus promouerunt. Loquuntur hoc etiam chirographa aliaque documenta *priuata*, quæ *iuris canonici* mentionem faciunt, circa ea tempora, quo vel decretales nondum publicatæ erant, vel licet publicatæ essent, simul tamen decretum hoc nomine completi videntur. Circa annum 1235. *MATTHÆVS PARIENSIS in Histor. Angl. sub Henrico III. p. 353.* adducit formulam chirographi, qua creditores viuarii (quos *Caurfinos* vocabant) debitores suos illaqueare solebant, quæ praxis circa prædictum annum inualuisse videtur. Equidem decretales iam anno 1230. publicatæ erant, sed in Anglia demum hoc anno, quo Caurfinorum pestis inualuerat, innotuisse videntur, vt *Parisiensis cit. l. p. 345.* docet, vt adeoque formula chirographi adducti vix *decretales* intellexisse verum antiquior decretalium receptione esse videatur, praxis tamen eius frequentior circa eadem tempora inualuerit, quo decretales sunt publicatæ. Formula autem ita se habet: *Et volumus super omnibus antedictis vbique & in omni foro conueniri, renunciando pro omnibus antedictis pro nobis & successoribus nostris omni iuris auxilio CANONICI & CIVILIS priuati-*



*privilegio clericatus & fori, epistole D. Hadriani &c.* Non  
 improbable est, hac formula *decretum & ius Romanum* intelli-  
 gi, quippe quæ iura eo tempore in summo erant pretio, & ex  
 legistis & decretistis vnice fere allegabantur, & decretales vix  
 eo tempore in Anglia innotuerant, prout antea dixi. Huius-  
 modi autem formulas in curia Romana fabricatas esse, non  
 diffitetur *PARISIENSIS cit. l. p. 322.* Vbi hæc subiungit; *vn-*  
*de multi propter verba eorum subscripta argumenta & a legi-*  
*bis extracta, causidicorumque cognata fallacis, hæc non sine*  
*curiæ Romanæ conuiuentia fieri arbitrantur; illud euangelicum*  
*commemorante: Prudentiores sunt filii seculi huius, quam fi-*  
*lii lucis in generationibus suis.* Equidem non diffiteor, Pari-  
 sensem non de Germania sed Anglia loqui; ast circumstantiæ  
 adductæ suadent, non aliam praxin in Germania fuisse, quam  
 quæ in Anglia hoc tempore obtinuit. Neque enim hi *Caor-*  
*cini* vel *Caorcini* tantum in Anglia vsurariam prouitatem ex-  
 ercebant, sed ex Italia in Galliam quoque & Germaniam trans-  
 ierant, & passim quiscunque prouincias tributarias sibi fece-  
 rant, vt docet *CANGVIS in glossar. med. æui voce Caorcini.* Imo  
 quis crederet, rabulas & causidicos Romanos tantum An-  
 gliam, Galliam & Siciliam petisse & Germaniam intactam re-  
 liquisse, cum tamen essent in comitatu Cæsaris, & Prælato-  
 rum palatiis. Imo etiam inde patet, non tantum in causis  
*publicis*, sed etiam *privatis* hos se ingessisse. Non multum  
 post hæc tempora eadem formula hinc inde in chartis, praxin  
 Germaniæ corroborantibus occurrit, quas adducit *B. HER-*  
*TIVS de consult. LL. & iudic in special. Rom. Germ. Imp. rebus*  
*publ. §. XIV.* Sic in *monum. rediuv. Württemberg.* Rudol-  
 phus comes palatinus de Tuwingen anno 1267. renunciat *omni*  
*iuri canonico seu civili.* Apud Guillimannum *lib 17. Habsburg.*  
*c. 4.* occurrit charta de an. 1252, vbi Rudolphus Landgravius  
 Alfatæ hac vtitur formula: *Renunciamus omni iuris subsidio*  
*canonici & civilis, consuetudinibus, constitutionibus editis, &*  
*edendis.* Insuper in *monum. Würtemb.* antea adductis de an-  
 no 1278. adest formula, qua comes de Sulz renunciat &c. *omni*  
*iuris auxilio tam canonici, quam civilis &c.* Quamuis vero  
 D eo



eo tempore decretales iam publicatæ fuerint, haud tamen existimandum est, voce *iuris canonici* eas solas intelligi debere; cum ius canonicum & *decretum* & *decretales* eo tempore quoque completeretur, & canonistæ tam in *decidendo* quam *respondendo* ad vtramque iuris partem prouocarent. Imo etiam post hæc tempora canonistæ vocati sunt *doctores decretorum*, & pari studio tam *decreto* quam *decretalibus* incubuerunt.

De auctoritate decretalium per Germaniam.

§. XX. Euietæ auctoritate decreti, eo minor dubitatio est, decretales ex machinationibus pontificum sensim in Germaniæ fora penetrasse. Sunt hæc auctoritate pontificum publicatæ, & in vim legum ecclesiasticarum per totum mundum dispersæ, & quia simul numerus canonistarum per Germaniam augetur, praxis quoque eius, imo ipse eius canonici processus, hinc inde inualuit, & radices firmissimas egit. Serius plerique ius Romanum receptum esse, contendunt, de quo in fra §. XXVI. seqq. Ast quod ad praxin iuris canonici attinet, in eo conueniunt, decretales obstetricantibus episcopis & aliis iudicibus ecclesiasticis, imo ipsis imperatoribus adiuuantibus, magnum pondus in foris Germaniæ mox accepisse, vt nec diffitetur autor speculi Sueuici loco supra relato. Imo in eo prærogatiuam habet ius canonicum, quod a Friderico II. & Rudolpho imperatoribus, accedente publico ordinum decreto, confirmatum fuerit seculo XIII. quæ confirmatio iuris Romani, nequidem postquam fora Germaniæ occupauerat, ostendi nequit, ex quo facile constat, ius canonicum insignem prærogatiuam semper præiure ciuili retinuisse. Et quamuis hinc inde Cæsares grauius conatibus papalibus resisterint, libertatemque ecclesiarum Germanicarum & imperii defenderint, id ipsum tamen auctoritatem iuris canonici per Germaniam haud minuit, cum potius hi, qui pro Cæsare stabant, perumque ex iure canonico & ciuili pro eo pugnauerint, vti clare constat ex decreto comitorum Rensensium, anno 1338. edito, auctoritate Ludouici Bauari. Hoc edictum pro maiestate imperatoria contra papæ machinationes publicatum est, & hoc argumento corroboratur: *Hæc verissima esse, conuenit inter omnes annalium, rerum diuinarum humanarumque peritos, atque iam sepius*



plus utriusque iuris, CÆSAREI atque PONTIFICII, cœlestis thesauri, testimonis comprobatum est. vid. ALBERICVS DE ROSATE ad l. 3. C. de anal. præscript. Quousque autem praxis iuris canonici per Germaniam sese extenderit, & quo tempore demum universaliter in quibusvis iudiciis vigere ceperit, infra §. XXVII. seqq. specialius explicabo.

§. XXI. Imo postquam vtrumque ius & canonicum & *Ius canonicum* civile combinari cœpit, & *doctores utriusque iuris* creati sunt, *præ civili* ius canonicum primatum variis ex causis retinuit, & ita quo- *principatum* que, vbi ius Romanum seculo XV. profusus & ubique erupit, eodem tamen modo iuri canonico subiectum fuisse videtur, vti clerici secularem potestatem subiecerunt ecclesiasticæ, quod circumstantiæ illorum temporum suadent. Nam creditum eo tempore fuit, potestatem secularem dependere a spirituali seu potius ecclesiasticæ, & hanc ei præferendam esse, quæ doctrina communis fuit. Non erubuit pontifex, de se asserere:

*Rex ego sum Regum, lex est mea maxima legum.*

vnde collegerunt, leges ecclesiasticas & in primis pontificis præferendas esse. Plerique Icti potestatem cleri veriti sunt, & ita magis muti quam pisces dominatum cleri tolerarunt, & prærogatiuam ei ex inepta persuasione dederunt. Testan- *Inde tot encomia iuris canonici.* tur hac de re tot eximia encomia, iuri canonico a veteribus Ictis tributæ, quæ si congerere vellem, finem scribendi vix reperire possem. Allegant hic communiter illud NAZIANZENI in c. 6. D. 10. *suscipitane libertatem verbi? libenter accipitis, quod lex Christi sacerdotali vos subiecti potestati, atque istis tribunalibus subditi? Dedit enim & nobis potestatem dedit & principatum multo perfectiorem principatibus vestris. Aut nunquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus carni, se terrenis cœlestia superentur, si diuinis præferantur humana.* Ipse GRATIANVS per totam distinctionem decimam docet, constitutiones principum constitutionibus ecclesiasticis non præferendas sed subiciendas esse, vnde post c. 6. tandem concludit: *Ecce quod constitutiones principum ecclesiasticis legibus postponende sunt. Vbi autem euangelicis atque canonicis decretis non obuiauerint, omni reuerentia dignæ habeantur.*



*iur.* Inprimis vero excellentiam iuris canonici præ iure civili inde deducunt, quod hæc duo iura se habeant ut anima & corpus; cum ius civile intendat in commune bonum, secundum quod conuenit humane societati: ius vero canonicum, non solum secundum quod conuenit humane societati ciuili, sed etiam secundum finem in Deum intendendo, & vitam aliam expectando, ut ait FORTVNIVS GARCIA de ult. sine viri-  
*usque iur. n. 19.* Idem num. 72. pergit: Spiritus non est postponendus carni. Ergo eam sentit excellentiam, quæ est inter spiritum & carnem. In sequentibus adfert causas huius prærogatiuæ aiens: Sed duæ possunt esse causæ, quæ sese adiungunt. Prima est excellentia causæ efficientis, nam summus pontifex maiorem habet iurisdictionem & excellentiorem, quam ipse imperator - - itaque dignitas supremi pontificis est multo clarior & eminentior dignitate imperatoris, quod a Deo super omnem animam constitutus est, unde idem etiam imperator ei subicitur - - At constat; quod leges superiorum digniores sint legibus inferiorum - - & contra naturam est, ut leges inferiores præualeant &c. Hanc doctrinam GARCIA proponit tanquam communem & ab omnibus approbatam, secundum quam etiam ius diuinum vocatum fuit teste LVDOVICO GOMESIO de grat. expect. n. 52. conf. STEPHANVS COSTA, de consanguin. n. 18. Alii addunt, quod intendat dirigere hominem in Deum, ut ait ANTONIVS DE PRÆTIVS de iur. d. episc. defens. c. 7. n. 17. Inde concludit BALDVVS lib. 1. conf. 464. in f. tanto altiores esse canones, quanto cæli sunt altiores terra, quia, pergit, tantum distant canones a legibus mundi, quantum perpetuum a corruptibili & sacra a profanis. Et infinitum foret, si flosculos huius generis omnes colligere vellem.

*Etiã in materiis ciuilibus.*

§. XXII. Neque vero existimandum est, hanc præminentiam tantum iuri canonico adscribi quoad spiritualia & ecclesiastica; in materiis vero ciuilibus ius civile semper prælatum fuisse; nam clerici nec hic destituti fuerunt rationibus, quibus ius canonicum præferendum esse censerent. Hinc archiepiscopus Florentinus ANTONINI de vsur. censuit, super omnes



omnes humanas leges esse ius canonicum, quod resultat ex decretis & DECRETALIBVS. Iam autem *decretales* quoad maximam partem respiciunt ciuilia negotia, adeoque non dubitandum est, clerum pontificiam laicis ius canonicum etiam quoad hæc variis sub prætextibus obrulisse. Nam (1) allegabant, decretales iuri Romano præferendas esse propter pietatem, quod salutem animarum intenderent, & pro peccato vitando strenue laborarent, quo intuitu in multis capitibus recesserunt à iure Romano. Hæc ratio, vel potius *prætextus*, mox adeo applausum in foris ciuilibus ob ruditatem & seculi superstitionem obtinuit, ut inde prima prætorum regula enata sit, *seruandum esse ius canonicum, ubicunque agitur de peccato vitando*. FVLGORSIVS *consil.* 122. BALDVS *consil.* 464. n. 4. *seq.* Hoc ipsum ex Bartolo, Panormitano aliisque probat MODESTINVS PISTORIS *vol.* 1. *consil.* 49. n. u. Papa autem determinare potuit, in hac vel illa lege agi de peccato vitando, adeoque hoc sub prætextu omnes leges ciuiles non tantum corrigere, sed suis canonibus prærogatiuam inde conciliare potuit. Prouocat ad hoc fundamentum MICHAEL ALCVRRVVS *tr. de regimine mundi*, quem Carolo V. inscripsit, vbi P. 3. *quæst. princ.* 2. n. 14. expresse scribit: *quando papa per legem determinat, statutum ab imperatore concernere peccatum, ei standum est, per illud, quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum in cælis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis*. Neque adeo de intentione Pontificis dubitandum est, cum non tantum *ius ciuile* in plurimis hoc prætextu correxit, sed etiam ipsum *speculum Saxonicum* exterminare ausus est. Tentauit id ipsum anno 1373. Gregorius XI. Bulla solenni transmissa Carolo IV. Imperatori, Moguntinensi, Colonienfi, Bremensi, Magdeburgensi, Pragenfi & Rigenfi archiepiscopis, subiectis articulis reprobatis, prout ipsa Bulla, speculo Saxonico annexa, docet. Quamuis verò hi conatus papales parum iuri Germanico obessent, uti docet CONRINGIVS *de orig. iur. German.* c. 31. maiorem tamen cladem attulit iuri Romano, cum Doctores iuris ut plurimum vtrumque ius profiterentur, & ita pro vtroque, maxime autem pro

D. 3.

pro

(1) Ob pietatem præsumtam.





pro auctoritate iuris canonici, ex superstitione illorum temporum, pugnare deberent, quo ipso facile induci potuere, ut iuri canonico in hisce capitibus, ubi de peccato vitando agi videbatur, primas partes darent. Paucissimi fuerunt, qui IOANNIS PETRI DE FERRARIIS vestigiis insisterent, & clerici pontificii astutiam propalarent, quam sub adducta regula texit. Hic enim circa annum 1400. scripsit *praxin auream*, & quamvis vtriusque iuris Doctor esset, masculine tamen consilia impia clerici Romani manifestavit, & inter alia quoque regulæ huius imbecillitatem notauit. Incidebat *tit. IV. n. 31.* in quæstionem vulgatam, utrum in materia præscriptionis in foro seculari standum sit iuri ciuili an canonico? Allegat, plerosque asserere posterius, propter periculum animæ, quod tamen reprobat & n. 44. hæc subiungit: *Nec obstat, quod periculum animæ vertatur, quia ista ratio (salua reuerentia) est multum fatua, cum per eam sequerentur infinita absurda, & totaliter esset destruere legum potestatem & auctoritatem, & per consequens vires imperii attenuare, imo funditus annihilare.* Demonstrat in sequentibus absurditatem huius regulæ, aiens: *Quod quidem euidentissima ratione demonstratur. In contractibus enim emtionum, locationum & conductionum, nec non permutationum & depositi, commodatorum & mutuatorum & similibus vertitur anima periculum ut plurimum, si ex re aliqua interueniat deceptio vel in pretio vel in re, & sic peccatum committitur. Sic itaque de huiusmodi contractibus & infinitis aliis commutationibus & commerciis disputandum esset in foro clericorum, & iudicandum secundum canones, quo nihil absurdius dici potest, & ideo nullatenus tolerandum.* Quia vero vidit, clericos iurisdictione munitos hanc doctrinam de excellentia iuris canonici in praxin deducere, inde n. 45. hæc addit: *Male ergo & pessime faciunt Imperatores suscinere, quod clerici habeant merum & mixtum imperium, quia Dominus dixit Petro: conuerte gladium in locum suum &c. prohibens sibi expresse, quod de his se non intromitteret.* Applicat in sequentibus hoc ad materiam præscriptionum, additque: *cum concernant vel disponant super bonis laicorum quærendis vel admitt-*



admittendis, non potest Papa quicquam disponere super eis, quia miteret falcem in messem alterius. Et tandem hanc materiam ita claudit: Seruetur ergo ius canonicum inter clericos, qui portant conscientiam in caput, quo abiecto, eorum conscientia abiicitur. Sic passim in aliis materiis quoque pro iure Romano pugnavit, quod alio adhuc declarabo exemplo. Constat, natos ex damnato concubitu de iure civili haud esse alertos, cuius contrarium ius canonicum statuit. Ratio clericorum, ait tit. 49. n. 28. fuit, (quia luxuriosi sunt, & carent uxoribus, ut ampliaretur facultas luxuriandi) quia humanum erat, quod anima creata fame periret, quae non peccauerat. Post pauca pergit: quam opinionem credo procedere in terris ecclesiae per textum in c. cum haberet, de eo qui dux. in matrim. quam post per adult. Sed in terris imperii (in quibus Papa nullam habet potestatem) non credo hanc opinionem veram, nec dictam decretalem esse seruandam, sed ius civile. Merito mirandum est, Ictum illius temporis tanta libertate contra ius canonicum, Papam, imo ipsum clerum scribere potuisse, qui sane si plures habuisset aedecles in foro, iuris canonici prerogatiua nunquam stabilita fuisset. Ast cum omnes fere ad unum eum desererent, & Maieftatis pontificiae adoratores essent, non potuit non doctrina supra adducta altas in foro rades agere.

§. XXIII. Non tantum vero pietatem singularem iuri (2) Ob imagi-  
canonico adscripserunt, sed praeterea etiam (II) singularem & nariam equi-  
quiatem. Constat, vulgo asseri, ius civile referendum esse mul-  
tis subtilitatibus & iuris apicibus, ob quas summum ius saepe  
summa videtur esse iniustitia. Primaria harum subtilitatum ra-  
tio ex iure formulario, quo vniuersum forum Romanum refer-  
tum erat, petenda est, vnde strictum ius nascebatur. Cum ve-  
ro in foris nostris iure formulario nullo vtamur, negari vtique  
nequit, ius canonicum, simplicius saepe causas determinans,  
moribus Germaniae magis respondisse, & ita rursus in quaesti-  
onibus difficilioribus crediderunt, magis insistendum esse æ-  
quitati iuris canonici, quam iuri stricto Romano. vid. Cardin.  
TVSCH, lit. C, concl. 26. Vnde VL. CLARVS in §. emphyteu-  
fis



*sis qu. II. X. in f. docet, ubi agitur de equitate iuris canonici, illam seruandam etiam in foro seculari esse & in terris imperii. Rursus autem potuit determinare pontifex, quid æquius dicendum sit, quid iuri stricto conformius putandum, cum se per vniuersum mundam arbitrum doctrine moralis constituerit, id quod tum Theologi tum Icti illorum temporum agnoscebant. Pauciores reclamare ausi sunt, nisi quod nonnunquam nimiam iuris canonici extensionem cum iactura iuris ciuili coniuictam deplorauerint. Sic BARBAT. in c. cum sit generale 8. X. de foro compet. n. 238. seq. refert opiniones canonistarum & legistarum, & addit se mirari, non de Hostiense neque de Abbate, quod scripserint pro canonistis, sed bene mirari de Antonio de Butrio, qui erat laicus, quod restrinxerit iurisdictionem laicorum. Nunquam pontificium ius tantos progressus contra ius ciuile fecisset, si Icti masculi restitissent, & persuasionibus antea adductis ineptis irretiti haud fuissent, quas postmodum in praxin deduxerunt. Rursus id suo tempore animaduertit IOHANNES PETRVS DE FERRARIIS in praxi aur. tit. 4. gl. 7. n. 13. sq. ubi callidas huius pontificis machinationes notat & dicit: Et sic nota, quomodo & quomodo isti clerici illaqueant laqueos, ut suam iurisdictionem amplient. Sed heu miseri Imperatores, & principes seculares, qui hæc & alia sustinetis, & vos seruos ecclesie facitis & mundum per eos infinitis modis usurpare videtis, nec de remedio cogitatis, quia prudentie & scientie non intenditis. Ideo attendite & memorie commendate, quid dicat Hieronymus veteres seruans historias. Inuenire non possum scidisse ecclesiam & de domo domini populos seduxisse præter eos, qui sacerdotes DEI positi fuerant. Isti vero vertuntur in laqueum tortuosum in omnibus locis ponentes scandalum. Idem tit. 4. gl. 4. n. 16. huc etiam collimat, & exemplo doctrine de iuramento demonstrat, canones destruere statum laicorum, ut amplient sub quadam simulata conscientia statum clericorum, Id eadem materia tit. 33. gl. 1. n. 2. fatetur ius canonicum in terris imperii seruari, & subiungit: Et sic aduerte, quod in hoc sibi papa usurpat iurisdictionem imperii, & idem facit in multis aliis, quod*



totum procedit ex imperitia ipsorum imperatorum, vel potius legistarum, qui commentis hifce aulas cæsarum, fora iudicum, & cathedras scholarum impleuerant.

§. XXIV. Animaduenterunt quoque ICI, pontifices (III) <sup>(3) Ob glossarum auctoritatem, unde pontifices plebasque decretales extruxerunt.</sup> plerasque suas decretales in materiis secularibus ex *glossis iuris ciuilibus* composuisse, & sic sæpissime errores glossarum suos fecisse, vti Cuiacius aliique docent, vid. RITTERSHVSIVS in tr. de differ. iur. ciu. & canon. proæm. inf. Quantam autem auctoritatem glossa apud veteres ICTos ad decisionem causarum habuerit, in confesso est, ita vt *idolum iuris* habitum fuerit, CARPZ. lib. V. resp. 89. n. 3. seqq. BERLICH. i. decis. 127. n. 13. GAILIVS lib. 1. obs. 153. Non erubuerunt eandem fere glossæ auctoritatem adscribere, quam leges habent, cum tamen sæpe ineptias, commenta, & ridiculas rationes, extremam redolentes imperitiam & antiquitatum ignorantiam habeant. Admiratores glossæ cateruatim adducit MASCARDVS de prob. vol. 2. concl. 842. n. 1. vbi hæc egregia encomia ex antiquis Dd. traditis ei tribuit: (1) potius standum esse opinioni glossæ, quam dicto Innocentii, (2) glossæ auctoritatem præferendam esse omnibus: (3) credendum esse glossæ attestanti de consuetudine: (4) fidem habendam glossatori assenti, constitutionem, super qua scribit, non esse in vsu: (5) in dubio eam semper esse sequendam. Plura collegit ex quibusquiliis veterum cardinalis TVSCH. lit. G. concl. 43. ex quibus hæc vltcrius adicienda censui: (6) sicut qui nescit equitare, tenet se ad arcionem, ita qui debet iudicare, tenere se debere ad glossas: (7) adhærentem glossæ in æternum non posse errare: (8) fatuum esse consulere & decidere contra glossam: (9) vbi glossa aliquid determinat, ibi ei standum esse: (10) maiorem esse auctoritatem glossæ quam Bartoli: (11) somniare doctores, volentes infringere opiniones glossarum: (12) in eaperiperi veritatis substantiam: (13) recte eam vocari *idolum doctorum*: (14) Addit CORSETVS SICVLVS de potestate regis P. V. n. 9. standum glossæ propter antiquam approbationem, cuius contrarium non est memoria: ideo vim iuris habet seu consuetiui. Alii hac ratione vsi sunt, quod glossatores haberint illustre ingenium, vt CLAVDIVS DE SEYSELLO loquitur



quitur in *repet. l. ut vim ff. de l. & l. n. 131.* ubi multa de auctoritate glossæ accumulatur, & simul addit, opinionem glossæ seruandam esse in iudicando & consulendo, non vero adeo in disputando. Cum itaque pontifices pleraque sua maxime in materia processus collegerint ex glossis, non adeo mirandum est, in foro decretales hæc in signem obtinuisse applausum, cum ita glossatorum opiniones auctoritate pontificia munirentur.

(4) Ob combinationem iuris canonici & ciuilibus.

§. XXV. Non leue pondus quoque auctoritati iuris canonici præ iure ciuili (IV) accessit, quod vtrumque studium combinaretur, & Ictis in academiis committeretur. Forte Icti acriter pugnauissent pro iuris Romani præstantia præ iure canonico, si iuris canonici professio aliis demandata fuisset. Inde, prout antea dictum, iam seculo XIV. *doctores vtriusque iuris* creati sunt, & in academiis professio *iuris ciuilibus & canonici* eis demandata est. In academia Parisiensi circa hæc tempora hunc morem iam obtinuisse, patet ex institutis academice Heidelbergensis anno 1386. erectæ & stabilite. Nam in diplomate Ruperti senioris, comitis palatini, quod CAROLVS LVDOVICVS TOELNERVS in *histor. palatin.* & quidem in *cod. diplom. n. 179. p. 123.* habet, disertis verbis cauetur, *ut vniuersitas studii Heidelbergensis regatur, disponatur & reguletur modis & materiebus in vniuersitate Parisiensi solitis obseruari.* In sequentibus hoc ita declaratur, *ut quatuor in ea sint facultates: prima sacræ theologie seu diuina: secundum iuris canonici & ciuilibus, que propter sui propinquitatem pro vna facultate disponimus estimari &c.* Obseruat TOELNERVS in *not. diplomati huic subiectis li. b. eodem anno 1386.* IOANNEM DV NOET *decretalium doctorem Pragensis Praga euocatum iuris canonici professorem constitutum legisse quartum librum decretalium, unde auguror, studium iuris ciuilibus secundum intentionem diplomatis Ruperti haud statim erupisse, seculo sequente demum maiori seruore excultum fuisse, iure canonico tamen, quod ex multis causis iam principatum tenebat, in suo statu remanente.* Nam ubi seculo sequente academice alie per Germaniam erigebantur, vtriusque iuris



iuris studium adeo feruere vbique cepit, vt fora paulatim eius doctrinis implerentur, prout Conringius *de orig. iur. German.* alique plures fufius docuerunt. Sicuti vero academiarum per Germaniam erectarum ad faciem Bononiensis adornatarum sunt, ita quoque doctrina iuris ciuilibis eo modo in his academiis tradita cepit, prout in Italia haecenus excolta erat, vt scilicet, ex rationibus antea adductis, praerogatiua iuri canonico relinqueretur. Haec enim sententia, de iure canonico praerferendo, vbi de peccato vitando aut aequitate agitur, non demum eo tempore nascebantur, vbi in Germania academiarum erigebantur, sed iam antea seculo XIV. in ore Ictorum fuerunt, & ab omnibus receptae, cum, vt antea dictum est, DE FERRARIIS qui anno 1400. scripsit, contra hanc sententiam quasi communem disceptauerit.

§. XXVI. Hanc praerogatiuam indubie ius canonicum, *Decretales in ecclesiasticis* etiam in *materiis mere ciuilibus & profanis* habuit, vbi *uniuersaliter* receptum erat, vt in Italia, alibique. Ast vero *per Germaniam valuerunt in subsidium.* trum decretales parem & aequalem vim in *Germania* tam in *ecclesiasticis* quam *ciuilibus* causis habuerint, antequam ius Romanum plene reciperetur, paulo penitus inuestigandum est. Quin in *ecclesiasticis* aequalem cum *decreto*, si non maiorem, habuerit auctoritatem, dubitari nequit, si modo status eius temporis ecclesiasticus, paparum directioni obnoxius, eiusque supremam in sacris potestatem agnoscens, debita perpendatur meditatione. Neutiquam tamen decretales in dioecesis episcoporum & archiepiscoporum Germaniae *absolute & simpliciter* in causis ecclesiasticis admittae sunt, tanquam *unica* & *sola* norma iuris, sed demum in *subsidium*: deficientibus propriis statutis dioecesis. Hanc enim plerique archiepiscopi seruarunt libertatem integram, vt pro vtilitate suae dioeceseos leges ecclesiasticas & constitutiones ferre potuerint, quas etiam in vnum corpus colligere sueuerunt. Exemplum illustre adducit Dn. IO. ANDREAS SCHMIDT, abbas Mariaualensis in *recens. ordinat. ecclesiast. Brunsvico Guelpberbyt.* de Petro, sedis Moguntinae archiepiscopo, qui ab anno MCC CIV. ad annum MCCCXX, ecclesiae suae profuit. Hic collegit ante-



cessorum suorum placita, quæ MSCta in bibliotheca almæ Iuliæ adhuc extare prælaudatus Dn. abbas asserit. In primo capitulo Petrus hanc rationem collectionis suæ adducit, quam ex recensione Dn. SCHMIDII repetere placet. Pro communione ecclesiarum & cleri, ciuitatum, diœcesum ac prouinciæ Moguntinæ hono, diuersas constitutiones a venerabilibus patribus felicissimæ recordationis prædecessoribus nostris vestigiis inherentes editas, in diuersis cartulis seu libellis dispersas, ita ut de quibusdam earum, an essent constitutiones prouinciales, an constitutionum huiusmodi vim haberent, poterat verisimiliter dubitari, in vnâ compilationem seu libellum, ad tollendum in hoc dubium, ex officii nostri debito, superfluis refecatis, duximus redigendas, sub certis & consuetis titulis ordinando, quasdam etiam per nouellas additiones nostras iuuando, casu etiam breuitatis & vtilitatis pauca de COMMUNI IVRE pro stolis, fructu tamen non vacuis, admiscendo, pro loci & presentis temporis qualitate. Volentes ergo, ut vniuersi, qui nobis sue diœcesana lege, siue metropolitana auctoritate subesse censentur, hoc tantum libello pro constitutionibus prouincialibus in futurum vtiatur, distinctius inhibemus, ne quis in antea pro constitutionibus huiusmodi præsumat in iudicio vel extra, aliis vii cartulis seu quaternis, quas fide carere decreuimus in hac parte, hoc sacro concilio, cui vna cum fratribus & prelati nostris aliis præsedemus, auctore domino approbante. Facit hic Petrus mentionem iuris communis, quo nomine decretum & decretales non potest non intelligere, utpote quæ eo tempore ius commune ecclesiasticum constituebant. Anno 1327, Matthias Moguntinus archiepiscopus de nouo synodum prouincialem habuit, in qua multæ constitutiones pro vtilitate ecclesiæ conditæ sunt, ut ex Trithemio refert SCHATEN in anal. Paderborn. lib. XIII. ad cit. ann. p. 265.

In civilibus  
obtinere in  
foris præla-  
torum,

§. XXVII. Quod causas mere ciuiles & profanas concernit, quæ insignem decretalium partem constituunt, distinguendum esse censeo inter praxin earum particularem & vniuersalem. Illam dico, quæ in nonnullis tantum obtinuit iudiciis & foris Germaniæ; hanc vero, quæ vbiuis per Germaniam



niam vigorem habuit. Illam facile admitto, & quidem in foris prælatorum, in quibus mox decretales vsum habuisse constat, præsertim cum hæc huiusmodi officialibus committerentur, qui vtriusque iuris periti essent. Et quia decretales sine *iuris Romani* peritia intelligi haud poterant, inde quoque factum est, vt in his foris *ius civile* quoque insignem obtinuerit vsum, etiam nondum introductis Academicis, quemadmodum etiam hinc inde præter ius canonicum allegatur. Decretalibus enim publicatis, ius vtrumque & civile & canonicum ita commixtum est, vt hoc sine illo intelligi & applicari non posset, quin eo ipso, quo decretales in vsum iudiciorum prælatorum reciperentur, illud quoque simul receptum esse, a vero haud est absimile. Est hæc vtriusque iuris mixtura primum in Italia facta, & quidem ex his probabilibus rationibus, quod decretales (α) insignem rerum civilium partem continerent, ex iure Romano desumptam vel illustratam, (β) quod glossatores iuris civilis egregium adiumentum per auctoritatem glossæ in eis deprehenderent, (γ) quod canonistæ animaduertent, se ad interpretationem decretalium in idoneos esse, absque iuris Romani scientia. Postquam vtrumque studium in Italia semel iunctum & ita combinatum fuit, vt alterum sine altero vsum habere haud potuerit, eadem sub commixtione penetrauit in fora Germaniæ prælatorum. Vnde non mirandum est, quod *Cuius rei testimonia producantur ex diplomatibus.* *vtriusque iuris fiat, in primis in causis prælatorum, & processus iuris vtriusque allegetur.* Confirmat hoc ipsum sententia, quæ apud *SCHATENIVM lib. X. annal. Paderborn. ad ann. 1224.* occurrit; quæ multa vestigia processus communis habet. Apud eundem *lib. XIII. annal. Paderborn. pag. 260.* in tabulis Bernardi Episcopi & viduæ de Hærde de Anno 1324. hæc clausula occurrit: *renunciantes ex nunc oppositionibus, defensionibus, literis & instrumentis quibuscunque, ac vniuersis iuris tam CANONICI quam CIVILIS beneficiis que, quæ contra formam præsentis literæ aut aliquem articulum in ea contentum nobis & heredibus nostris possunt de iure vel de facto aliquo modo suffragari.* Idem Bernardus anno 1333. solenni ritu testamentum



condidit referente **SCHATENIO** *cit. l. p. 274.* quod iuris Romani praxin in dicecesibus circa ea tempora ostendit. Anno 1266. Simon Paderbornensis episcopus collegium canonicorum D. Pauli transtulit in ipsum Huxtarie oppidum, cuius translationis diploma exhibet **SCHATEN** *lib. XI. ad cit. annum, vbi p. 112.* hæc clausula occurrit: *Volumus etiam & constituimus, quod dicta ecclesia, S. Petri cum suo conuentu & cum sua emunitate gaudeat, quantum ad libertatem tam in personis, quam in rebus, quo gaudet nostra Paderbornensis ecclesia secundum constitutiones CANONICAS ET LEGALES.* Anno 1377. Carolus IV. diploma dedit Widelindo, Mindensium episcopo, pro libertate ecclesiastica, quod idem **SCHATEN** *lib. XIV. p. 309.* refert, vbi rursus prouocatur ad ius vtrumque his verbis: *Cum igitur hæc omnia & singula, & queuis alia similia, nec non quecumque secuta sunt, & sequi possunt, ex eisdem sint & fuerint solum de facto & temere attentata, & per sacras CIVILES & CANONICAS sanctiones reprobata expresse &c. & paulo post: præter pœnas a sacris IMPERIALIBVS & CANONICIS sanctionibus eis inflictas decernimus.* De Baldewino archiepiscopo Treuirensi, Henrici VII. fratre, auctor gestorum eius *lib. 1. c. 12.* hæc refert: *LEGISTAS etiam, CANONISTAS, physicos, ar- tistas, philosophos, capellanos, clericos, laicos etiam multos, milites, nobiles, domicellos aliosque ministrales numero multum valde multiplicatos in suo ministerio deputatos decenter sustentauit.* Floruit seculo XIV. **GOSWINVS SALVNVS**, consiliarius archiepiscoporum Coloniensium Friderici & Theodori & officialis illius diceceseos, de quo **PETRVS SALVNVS AQUILIVS** in præfat. ad Tancredum de ordin. iudicial. hæc habet: *Is post annum Christi MCCCLXVIII. in Italia studiorum causa profectus ac Bononiæ & Papiæ Baldi Perusini, nobilissimi iuris interpretis, auditor, & Antonii de Burrio & Petri Anchorani, aliorumque doctissimorum virorum familiaritate usus, multos auctores non sine magno sumtu vigiliisque conquisitos & descriptos secum IN GERMANIAM aduexerat. Quis vero affereret, Salunum, cum officialis archiepiscopi Coloniensis esset, iuris vtriusque ysum neglexisse, in quo in Italia in-* nutri-



nutritus erat. Anno 1340. Henricus episcopus Lubecensis fecit testamentum, ubi (1) occurrit clausula de exequenda vltima voluntate, quæ formulas iuris ciuilibis & canonici sapit, (2) clausula codicillaris hæc: *banc nostram voluntatem esse volumus & serualere iure testamenti non poterit, valeat saltem iure codicillarum vel cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis*, (3) clausula priuationis: *quicumque contra hanc voluntatem nostram vltimam venerit, ipsam in iudicio vel extra impugnando, hunc expertem esse volumus omnis emolumenti &c.* In charta de anno 1337. occurrit venditio villarum *Stoue & Hussekovve* a Conrado Bernharde & Reymaro, fratribus de Pleffe facta, ubi in fine hæc occurrit clausula: *renunciantes pro nobis & heredibus nostris in perpetuum exceptioni doli mali, non soluti pretii, beneficio restitutionis in integrum, actioni in factum, conditioni sine causa & omni alii auxilio & beneficio, tam iuris quam facti, quod contra hunc contractum aut quamlibet eius partem posset obici quomodolibet vel opponi.* In emtione instrumento de anno 1311. quo Adolphus comes Holfatiæ quædam vendidit, occurrit hæc clausula: *exceptioni non date non solute pecuniæ, nec non omni alii iuris & facti auxilio renunciantes.* In charta de emtione villæ Seretze de anno 1318. hæc clausula occurrit: *exceptioni non date non solute, non numerate & in vsu nostros non conuerse pecuniæ renunciantes omnino.* In charta de emtione villæ Groten per Henricum episcopum Lubec. de anno 1337. eadem clausula occurrit, quæ ante est notata de venditione villarum *Stoue & Hussekovve*, quæ etiam reperitur in aliis eiusdem episcopi chartis de anno 1332. 1334. 1335. 1336. *Habere etiam vsu decretales cum iure Romano in causis publicis.* Ex his & pluribus aliis testimoniis euidentibus est, iuris vtriusque vsum iam ante erectas academias in diocesisibus prelatorum fuisse. Ceterum, quod fora secularia concernit, etiam hoc facile concesserim in causis publicis & negotiis principum inter se vsu quendam iuris vtriusque occurrere, & ad iura tam ciuilia quam canonica protocari, præsertim cum etiam Cæsares; prout supra monui, in suo comitatu legistas & canonistas haberent. Notabile diploma Rudolphi I. Imperatoris de anno 1281. occurrit apud *TOELNERVM in histor. pala-*



palatin. & quidem in calce operis inter diplomata p. 78. vbi hæc clausula occurrit: *renunciantes expresse pro se & suis heredibus exceptioni doli mali, in factum, omnique auxilio iuris, CANONICI ET CIVILIS, per quod dicta conuentio siue ordinatio posset infringi, vel ab eorum altero immutari &c.* Plures huiusmodi formulas habet HERTIVS de *consult. legibus & iudic. &c.* §. 14.

*Sed non ex  
causis priua-  
torum quoad  
fora extra  
dioceses pra-  
latorum.*

Ast in causis priuatorum & foris oppidanis iuris vtriusque praxis per hæc tempora incognita fuisse videtur. Equidem legistæ etiam in his sese ingerere tentarunt, id quod ex §. XIX. colligi posse videtur, sed sine felici successu. Nam fora secularia institerunt patriis & antiquis moribus, & processum decretalium haud admiserunt, id quod vel inde patet, quod circa medium seculi XV. ordines imperii conquesti fuerint, Doctores vtriusque iuris demum ante 50. annos locoplicitatis Germanicæ argutias iuris vtriusque introduxerunt, vbi mox dicendum erit. Scilicet postquam academiæ in Germania institutæ sunt, tunc demum vtriusque iuris praxis vniuersalis vbique erupit, & huc proceres imperii, vbi de reformatione instituenda cogitarunt, respexisse videntur, id quod ex sequentibus clarius apparebit.

*Dubium re-  
mouetur ex  
Speculo Sue-  
uico.*

§. XXVIII. Equidem insigne adhuc superest dubium, quod etiam CONRINGIVS de *orig. iuris Germ. c. 26.* tantopere vrget, quod scilicet in speculo Sueuico *lib. 1. c. 5.* dicatur: Aus den zweyen Büchern (decret und decretal) nimt man all, die Rechte der geistlichen und weltlichen Gerichte bedarff, quem locum etiam supra §. XVIII. adduxi: Verum auctorem huius speculi nimis liberalem aut ad minimum verba eius corrupta fuisse vel inde constat, quod ipse auctor, vbi materias *ciuiles & forenses* tractat, eas non petat ex decretalibus, sed vel ex iure Romano vel antiquis Germanorum moribus, qui non vbique respondent placitis pontificiorum. Quin quod ipsum speculum Saxonicum in materiis ciuilibus varie recedat a iure canonico, quod indicium præbet, Germanos pristinis moribus adhuc inhæsisse, in ecclesiasticis vero decreti rationem habuisse. Apparet hoc ex ipsa computatione graduum, quam auctor speculi Saxonici *lib. 1. art. 3.* tradit, quæ sane cum iuris canonici nouiori



nouiori computatione conuenit, vt scilicet a stipite communi  
 vbique computatio instituenda sit, id quod ex his verbis con-  
 stat: Nun mercket, wo sich die Spitze anhebet, und wo sie sich  
 endet. In dem Haupte soll man verstehen Mann und Weib etc.  
 Conf. B. Dn. STRYK. in *vs. modern. tit. de rit. nupt. §. 15. in f.*  
 Huc etiam collimant constitutiones tum Friderici II. tum Ru-  
 dolphi imperatorum, supra §. XVIII. allegatæ, quibus hæc no-  
 tabilis adiicitur clausula: Man soll auch die weltlichen Gerichte an  
 ihren Rechte behalten, vel vt clarius dicitur in *Rudolphina san-*  
*ctione*: Man soll auch die weltlichen Gerichte an seinen Rechte  
 behalten, quo ipso imperatores præcauere voluisse videntur,  
 ne in causis secularibus & foris ciuilibus a pristino iure recede-  
 retur propter decretales. Equidem CONRINGIVS *de orig.*  
*iur. Germ. c. 26.* verba adducta in diuersum plane sensum acci-  
 pit, scilicet iudiciorum quoque ciuiliū processus iuxta pon-  
 tificium ius instituendos esse; sine dubio enim arbitratur, vo-  
 cem *ihren Rechte* in citata clausula referendam esse ad proxime  
 præcedentia, vbi agitur de *iure ecclesiastico* seu canonico.  
 Ast vero hæc explicatio quodammodo contorta est, cum sim-  
 plicior sensus sit, *iudicia secularia suis propriis iuribus relin-*  
*quenda esse*, qui ex *Rudolphina* sanctione euidentius colligitur,  
 vbi non dicitur: *an ihren Rechte*, sed potius *an seinen Rechte*.  
 Accedit, quod imperatores dilerte vsum iuris canonici re-  
 stringant in verbis antecedentibus ad causas ecclesiasticas *an*  
*geistlichen Dingen*, quod necesse haud fuisset, si eius auctori-  
 tatem quoque in causis secularibus admittere voluissent, prout  
 observat B. RHETIVS *de auctor. iur. canon. inter August. con-*  
*fess. consortes cap. 1. n. 15.* Ex quo concludo, (I) seculo  
 XIII. ius canonicum quidem in Germania obtinuisse, magis ta-  
 men in causis & foris ecclesiasticis: in causis & foris seculari-  
 bus ius antiquum Germanicum viguisse: (II) seculo XIV. decre-  
 tales quoque passim, præsertim in ditionibus episcoporum &  
 abbatum, imo & imperatorum palatiis, inualuisse, quoad causas  
*seculares*, ut tamen simul ad ius Romanum quoque prouoca-  
 retur, & illa relinqueretur iuri canonico prærogatiua, quam an-  
 tea attuli. Nam in his locis iam careratim legistæ & canonistæ

Quin potius in  
 causis secularibus  
 & foris  
 ciuilibus ius  
 antiquum  
 Germanicum  
 expresse re-  
 tentum est.

Consecraria.



fouebantur & prædominabantur, quippe qui iam per omnes terras & prouincias Europæ sese diffuderant. Memorat MATTHÆVS PARISIENSIS in *hisor. Anglic. ad ann. 1239. p. 411.* Henricum III. Regem Angliæ, ad curiam Romanam legistarum suorum misisse, quorum magnam caterpam retinuit, quasi venator canes venaticos super electores prælatorum discopulandos. Quo circa si credendum est CONRINGIO de *orig. iur. Germ. c. 30.* qui confectionem speculi Sueuici ad seculum XIV. reuocit, facilius admitti potest, autorem eius de aliquo eius vsu loqui etiam in causis & foris secularibus, quia tum iam quoque iuris Romani vestigia occurrunt, cuius ipse auctor speculi Sueuici mentionem facit. Minime vero (III) asseri potest, inde iuri canonico prærogatiuam deberi, quod diu ante receptionem iuris Romani vigorem in praxi habuerit, cum fere simul & eodem tempore vtrumque ius in materiis secularibus vigere ceperit. Nihilominus tamen sua iuri canonico illibata manet prærogatiua præ iure Romano, quam aliunde habet, prout antea monui.

*De eradicando iure vtroque seculo XV. frustra cogitatum est.*

§. XXIX. Seculo XV. adeo iam vbique iuris vtriusque periti & doctores sese intruferant, & subtilitatibus suis oriosis, quibus eo tempore constabat iurisprudentia, omnia conturbauerant, vt de his eiciendis cogitaretur. Manifestum id ipsum est ex *reformat. Friderici III. de anno 1443.* apud GOLDASTVM p. 1. der *Reichs-Satzung p. 107. art. V. & VII.* Vbi de abolendo vtroque iure in causis & foris secularibus actum est. In art. V. ita cauetur. Alle doctores sie seynd geistlich oder weltlich in heil. Römischen Reich teutscher nation sollen nach Land der fürgenommenen reformation an kein Gerichte bey keinen Nechten, auch in keines Fürsten oder ander Rath mehr gelitten, sondern ganz abgethan werden. Sie sollen auch fürbas hin vor Gerich oder Necht nicht weiter reden, schreiben oder Rath geben. Rationes huius reformationis plures enarrantur in *declarationibus subiectis*, inter quas tertia declaratio notabilis est: darum daß sie Etieffs Väter und nicht die rechten Erben des Nechten sind. Denn sie nehmen ihn den rechten Grund der Wahrheit und bringen durch ihren anordentlichen Geis das Necht zu eimen solchen Unglauben, daß kein



Kein frum Mann sein Vertrauen darinn mehr setzen mag, das hat  
 euer verkehrte Lehr inner funfzig Jahr zu wegen bracht, wo  
 ist es vor erhört worden! Hæc declaratio ad utrumque ius Simultamen  
 tam *canonicum* quam *ciuile* spectat, cum ipse *articulus V.* de de recentiori  
 doctoribus iuris tam *canonici* quam *ciuilis* loquatur. Atque uti iusque iu-  
 vtriusque iuris doctrinam demum *ante quinquaginta annos* ris receptione  
 h. e. circa finem seculi XIV. in foris & causis secularibus infi- in foris secu-  
 gnem accepisse auctoritatem, exinde patet, simulque constat, laribus testa-  
 iuris canonici doctrinam in prædictis causis eodem tempore &  
 modo inualuisse. *In art. VI.* cautum est, ne clerici iudiciis secu-  
 laribus intersint, denn ihnen in weltlichen Sachen nicht gebühren  
 will zu handeln, wiewohl sie sich darinn zeigen wollen, um merklich  
 grosser Ursachen willen, die hier nicht alle noth sind zu erzehlen. In  
*declaratantibus* ad hunc articulum varix adducuntur rationes,  
 quarum vltima hæc est, denn was ihnen Sünde, ist uns recht, und  
 was ihnen recht, ist uns Sünde. Respexit sine dubio auctor declar-  
 ationum ad iuris *canonici* & iuris *Romani Germanicique* diffe-  
 rentias, cum clerici vbique ius suum intrudere conentur sub  
 specie vel *æquitatis* vel *peccati*, prout antea dictum est, id quod  
 præcauere voluisse laici videntur. Denique septimus articu-  
 lus disponit, quatenus iura Romana seu Cæsarea obtinere  
 debeant, h. e. illa so durch die Rechts-Verständigen mit lautern  
 Grund klarer Warheit ohne Arglist rechrl. erkant sind, quo ipso  
 tamen non satis definitum est, quousque ius Romanum obti-  
 nere debeat. Verum hæc reformatio caruit effectu, postquam  
 necessaria reformatio in academiis neglecta est, sine qua tamen  
*reformatio iudiciorum* & fori effectum habere non potuit, &  
 præterea ius *canonicum* iuri *ciuili* ita commixtum fuit, vt ab  
 eo separari amplius haud potuerit, adeoque retento iure *ciuili*  
 in certis capitibus, iuris *canonici* vsus quoque expirari non  
 potuit. Quotidie enim ex academiis Germaniæ tanquam ex  
 equo Troiano prodibant heroes iuris vtriusque, qui morum  
 Germaniæ ignari *peregrina iura* substituerunt, imo, vt ait *Hot-*  
*romannus in Antiribon*, c. 13. *viriusque iuris doctrinam ita*  
*commiscuerunt, vt eorum vsus & practica prope inseparabilis fa-*  
*cta sit.* Hoc modo *exteri principes, qui ciuitates suas publicis*  
*scholis*



*scholis dotare voluerunt, coacti sunt ob hanc mixtionem iuris quoque canonici exercitium recipere, ita vt in pluribus Germaniæ partibus a iuris canonici lecluris nondum expedire se possint. Atque ita per Friderici III. reformationem iuris canonici auctoritas in foro non abolita sed potius stabilita & vsque ad tempora reformationis traducta est.*

*Ius canonicum continetur in legibus imperii sub voce gemeine Rechte.*

§. XXX. Quæ cum ita sint, non adeo mirandum est, quod postea in legibus publicis imperii ad ius canonicum tanquam commune prouocatum fuerit. Hoc in primis apparet ex legibus publicis seculo XVI. latis, cum in recessu *Wormat. de anno 1521.* Assesores cameræ imperialis iubeantur pronunciare *nach des Reichs gemeinen Rechten.* Equidem *COBRINGIVS de orig. iur. Germ. c. 33.* vbi hunc locum integrum adfert, subiungit: *communia iura indubie Romana sunt,* quod tamen indubium non esse arbitrator. Nam ex serie rerum hæcenus adductarum liquidum dedi, ius canonicum simul cum Romano receptum & permixtum esse, ita vt illud huic præualeret. Cum itaque vtrumque ius vbique esset receptum, in subsidium quamuis & non integre, vtrumque ius quoque nomine *iurium communium* contineri satis probabile est. Collimat huc quoque constitutio *Caroli V.* contra anabaptistas de anno 1529. vbi §. 1. *ius commune* distinguitur a *iure Cæsareo* his verbis: *Wiewohl in gemeinen Rechten,* (iure canonico *in tit. de apostat. & reiterant. baptisma*) geordnet und versehen, daß keiner so einmahl nach Christi. Ordnung getaufft worden ist, sich wiederum oder zum zweytenmahl tauffen lassen, noch derselben einigen tauffen soll, und fürneml. in *Käyserlichen Gesetzen,* (*tit. C. ne sacrum bapt. iteret.*) solches zu beschehen, bey Straff des Todes verboten. Ex hoc loco liquidissime apparet *ius commune* potissimum *ius canonicum* denotare, quo intuitu si ad *ius Romanum* speciatim prouocatur, appellatio des beschriebenen *Käyserl. Rechten* adhiberi suevit, vid. *constit. Carol. V. crim. in pref. item art. 116. 118. 120. 121. 135.* Obseruat id ipsum quoque *ICtus* eximii iudicii *KVLEPISIUS in diss. epistol. de German. leg. veterum ac Romani iuris in republ. nostra origin. ut auctor circa fin. vbi prorat,* distinguendum esse inter *merita cause & formalia processus*



ius; ita vt si in his *ad ius commune* prouocetur, *ius canonicum* & *Romanum* intelligi debeat, in illis vero ius antiquum Germanicum, quod *suo modo* admitti potest. Prius eo certius & verius est, quo magis constat, processum *cameralem* & *iuris communis* plane abhorre a processu antiquo Germanico & vnice constatum esse ex iure tam *Romano* quam *canonico*; imo magis ex hoc quam illo, quia *distinctius* processum ius canonicum tradidit, & clarius proposuit, quam quidem ius Romanum.

§. XXXI. Recepto ita iure canonico & Romano non potuit non ius antiquum Germanicum insignem accipere partem & paulatim obsolescere. Hoc nouum argumentum suppeditat, ostendens, quanto in pretio ius vtrumque apud Germanos fuerit, vt etiam mores Germanicos eradicare eisque leges nouas genio Germanorum haud respondentes, surrogare potuerit. Huius rei quatuor adducit causas *KVLPIVS in cit. epist. circa fin.* Primam & potissimam in pontifices Romanos conicit, qui prætextu vicariatus Christi nihil non egerunt, vt super omnes reges ac ipsum imperatorem sese eueherent. His ausibus cum Germani etiam constitutionibus editis acerrime resisterent, callide pontifices eas suppressere sunt annisi, decretales suas publicantes, & in locum legum antiquarum eas obtrudentes, quibus pontificiam eminentiam adstrui posse indicabant. Violentius adhuc egit, sed expressius eo ipso mentem suam declarauit Gregorius XI. edita bulla, qua totum ius antiquum eliminare conatus est, vnde ad minimum diminutio iuris antiqui orta est. Alteram ponit in Academiarum erectione per Germaniam. Hæ enim ad exemplum Italicarum, vt priuilegiis, ita docendarum discendarumque rerum disciplinis instructæ fuerunt, in quibus cum leges Germanicas prælegi dudum interdictum esset, sola vero *Cæsarei* ac *pontificii* iuris professio vigeret, in Germania similis deinceps ratio seruata est. Præterea tertio infelicitas temporum non parum promouit studium iuris peregrini, dum in turbis eiusmodi publicis de consuando iure antiquo parum hi, quorum intererat, solliciti esse poterant. Denique quarto loco adfert *KVLPIVS* nouitatis

*Inde ius antiquum Germanicum magis acceptum se eadem ostenditur.*



studium, Germanis maxime proprium, quod præterea persuasio communis, ius pontificium & cesareum esse thesaurum celestem iuxta edictum Ludouici Bauari, magnopere adiuuit.

## CAP. II.

DE

## FATIS IVRIS CANONICI POST REFORMATIONEM IN TERRIS PROTESTANTIVM.

## §. I.

Lutherus ab initio rimidius egit.

**O**stendimus hætenus, quos progressus quæue incrementa ceperit ius canonicum ad illud vsque tempus, quo serenor lux euangelii affulserit. Iam erandum est, qua autoritate polluerit ius canonicum, postquam credula illa, ad superstitionem vsque, ingenia e perniciosissimarum opinionum laqueis se extricare, diuina annuente graria, studuerunt. Quemadmodum itaque tenuia cuiuscunque rei solent esse principia, ita & euangelicorum illum antesignanum diuini que verbi præconem, LUTHERVM, principio quodammodo trepidasse constat, cum tantum opus moliretur. Pontificis enim decreta impugnare, tum temporis quid aliud erat, quam Dei ipsius vocem in dubium vocare. Hinc cum procellam iam ex thesibus suis ortam videret, literas ad Leonem X. papam dedit, in quibus se imminentis tempestatis autorem oppido fatetur. Theses enim suas appellat *Schedulam disputatoriam*, vnde mox incendium sit exortum, quo totus iam conflagraret mundus. Addit tamen se priuato & cæco imperu non disputasse, sed facultatem, auctoritate apostolica concessam, legitime vsurpasse. Pergit se non *canones*, non *dogmata*, sed *problemata* proposuisse, eorumque addit resolutiones cum hac submissione humillima: *Beatissime Pater prostratum me pedibus tuis offero, cum omnibus quæ sum & habeo:*



beo: vivifica; occide; voca, revoca, approba ut placuerit: vo-  
cent tuam vocem Christi in Te presidentis & loquentis agno-  
scam.

§. II. Tantum vero abest, ut Papa verbis his clementi-  
or factus, quin potius, dum Lutherum, ut revocaret, flecte-  
re non potuit, acheronta movere animum intenderit. Mox  
excommunicationis fulmen in eum vibrauit non solum, sed &  
Colonienfibus & Louanienfibus in mandatis dedit, ut scripta  
eius comburerent. Lutherus vero cum videret, Papam cœ-  
lum terramque movere, animosior factus, alto brutum illud  
fulmen aspexit supercilio, & nihil moratus, conuocata, affi-  
xis schulis, scholastica iuuentute, & magna doctorum ho-  
minum comitante caterua, Wittebergæ extra portam quam  
Elystræ vocant, extracto ad hunc finem rogo, Anno MDXX.  
die X. Decemb. *decretales* concremauit, in hæc prorumpens  
verba: *Quia Tu impie liber conturbasti sanctum Domini, ideo  
Te conturbet ignis æternus. Sicut fecerunt mihi, sic feci eis,  
inquit Samson &c.* Et deinde magno stipatus comitatu in vr-  
bem rediens, postridie e cathedra auditores suos monuit, ut  
a papisticis sibi cauere statuis, quemadmodum ex Sleida-  
no hæc recenset ZIEGLERVS in *Dissert. prelim. notis suis ad In-  
stit. Lancelot. præfixa. §. LXIV.* Qua intentione hoc ipsum fe-  
cerit Lutherus, facile quilibet cogitando assequi potest; quem-  
admodum enim hac ratione auctoritatem Papæ & dogmata  
eam stabilientia, scripturæ S. aduersa, conculcabar, ita  
hanc ipsam penitus extirpari posse credebat, si ius canoni-  
cum, Maiestatis papalis fulcrum primum, damnaret &  
aboleret.

§. III. An autem, postquam hac ratione exequiæ factæ *Agre hoc tu-  
sunt iuri canonico, illud ab eo tempore prorsus exanime, & lerunt Icti  
sine vsu omni fuerit, ut qui ex eius cadatere resuscitati fue- Wittenber-  
genses.*  
runt cineres, inania reputari debeant terriculamenta, ut inquit  
ZIEGLER loco citato, de eo iam solliciti erimus. Et constat sa-  
ne, ne Wittebergæ quidem æquo animo acceptum, ne dicam  
approbatum fuisse hoc Lutheri factum; nam HENNINGIVS ab  
GOEDEN & HIERONYMVS SCHVREFFIVS, Icti academiæ eiusdem  
cele-



celeberrimi, minime conatus Lutheri approbarunt, sed liberiori illos perstrinxere iudicio, mustitantes, suam hic præcipue rem agi, suasque exagitari professiones. Potuisse Lutherum ea, quæ sacro codici aduersantur, funditus extirpare ex iure canonico & reliquam decretalium partem, quæ & processum iudicarium contineret, illasam ac intemeratam ipsis referuare. Ex decretalibus addisci debere processum, qui in omnibus iam obtineret tribunalibus, ingentemque metuendam esse confusionem, si ille e iudicii proscriberetur, aliusque ordo iudicarius in eius locum surrogaretur; se non diffiteri, ius canonicum mendis ac erroribus crassissimis scaterere, at tamen & copiosissimam in eo rerum vtilium messem esse. Hæc & alia tum temporis a prædictis ICTis regerebantur. Vid. LINXIVS *ad decretal. in præfat. in f.* Insuper varia ac diversa de hoc factò Lutheri extare iudicia, multis illud vt nimis temerarium inculphantibus, testatur HVNNIVS *de interpret. & autor. iuris cap. IX.*

*Ipsimet protestantes ad ius canonicum postea prouocarunt.*

S. IV. Non apparet, Lutherum ICTorum propugnationi iuris canonici sese posthac eadem animi fiducia opposuisse, præsertim cum magis de repurganda doctrina sollicitus fuerit, hanc prouinciam ipsis, qui iura mutare & corrigere possunt, relinquendam esse arbitratus. Cum itaque ICTi vt ius canonicum factum tectum conseruarent, omnem mouerent lapidem, eius autoritas in capitibus, quæ cum fidei nostræ articulis aperte non pugnant, nequaquam est deminuta. Constat hoc ipsum etiam vel inde, quod ab iis, qui relicto papismo puriori doctrinæ nomen dederant, pro norma & regula vbique allegatum fuerit, prout inferius fusius demonstrabimus. Iam quidem illustre aliquod ex actis publicis exemplum allegasse sufficiet. Promiserat Ferdinandus in transactione Cadana, omnes processus camerales in causa religionis pendentes quieturos esse, cui tamen camera morem non gessit, sed per mandata S. C. præcipue contra Hamburgum & Minnam præcepit, vt eiectis clericis bona ecclesiastica restituerent, imo & ipsam doctrinam pontificiam in pristinum statum reuocarent, vti ex Goldasto refert SCHILTERVS *in historia pat. relig.*



relig. p. 103. Cum vero protestantes cameram, vt suspectam, recusarent, noluit illa recusatationem hanc admittere, & quidem ex ea ratione, quod iure ciuili iudex ordinarius tanquam suspectus non possit recusari, sed necesse sit, vt alius ei adiungeretur. Huic vrbs Mindensis reposuit: Sie könne nicht glauben, daß Sie das Cammer-Gericht nicht sollten oder möchten recusiren, sondern Ihnen ein Bischoff zugeordnet werden müsse. So wird Sie auch aus der Rechts-Lehrer Meynung berichtet, daß solch Käyserlich Recht nicht im Brauch sey, sondern man brauche in denselbigen die Sazung der geistlichen Rechte, quæ sententia a multis approbata est collegiis, vid. HORTLEDER de caus. B. G. L. 7. c. 6. §. 13. c. 15.

§. V. His postea & aliis controuerfiis magno cum feruore ab vtraque parte agitatis, tandem recessus imperii Spirensis de Ao. 1544. rem ita temperauit, vt *ius commune scriptum* <sup>Inferim protestantes suspensionem iuris impetrarunt.</sup> addictos suspenderetur. Sed cum comitia Augustana habenda essent anno 1555. Imperator commissariis suis in mandatis dedit, vt impugnarent illam suspensionem, allegantes, maximi rem esse præiudicii, si vltus iuris communis abrogaretur, cum partim ante, partim post Christum natum conditum esset, vbi nulla adhuc christiana religionis dissidia cognita fuissent, adeoque sub prætextu religionis illud ius non debere labefactari, quin & plerisque negotiis religionis prætextum ita affingi posse. Sic quoque polygamia accusatum posse prætere, hoc esse religionis negotium, cum in eo Iacobum patriarcham habuerit antecessorem. Vide hæc latius deducta in LEHMANNI *acta publ. de pac. relig. p. 1 lib. 1. c. 29. p. 39.* vbi inprimis hæc ratio adfertur, quam etiam ipsi ICI Wittebergenses obseruant; Es würde auch um Vielheit und Größe willen der geschriebenen Gesetze und Rechte, auch von wegen der Scribenten unzählbare Bücher, für ein unmögl. Ding geachtet, eine gewisse Regul oder Unterscheid zu geben, oder zu machen, aus dem man möchte Erklärung haben und wissen, welche Rechte oder Gesetze diese Irrung der zwispältigen Religion thäten betreffen oder nicht, &c.

G

s. VI.



*Auctores  
Schurffium &  
Goedenium  
reliqui secuti  
sunt.*

§. VI. Mittamus iam negotia publica, & ad privata de-  
ueniamus. Afferuimus iam §. 3. SCHURFFIVM & GOEDENIVM  
abrogationi iuris canonici masculae sese opposuisse, quare &  
in decidendo ius canonicum strenue secuti sunt. Ita SCHURF-  
RIVS Cent. 1. Consil. LXXI. n. 18. 20. inquit: *Quando aliquid re-*  
*peritur decisum ab ecclesia, tunc illud est seruandum in foro*  
*seculari, quia vnum ius iuuat aliud, sicut vna potestas iuuat*  
*aliam. Si enim, stante dubio in aliquo casu, recurritur ad*  
*consuetudinem, multo fortius recurri debet ad ius canonicum,*  
*quod est maioris autoritatis quodque in vim consuetudinis valet.*  
*Imo ubi sunt opiniones inter legistas, nec reperitur decisio de iure*  
*ciuili, sed de iure canonico, quod illi sit standum etiam in foro se-*  
*culari, etiam in terris imperii. Vbi deficit dispositio iuris ciui-*  
*lis, vel variae sunt opiniones, debet seruari ius canonicum in vtro-*  
*que foro. Idem cent. 2. c. 1. n. 10. Porro leges ciuiles requirentes*  
*ad validitatem testamenti septem testes, ad alias vero vlti-*  
*mas voluntates quinque, per ius canonicum correctae sunt, &*  
*valent de iure & equitate in foro non solum canonico, sed et-*  
*iam seculari. Idem Cent. 3. consil. LVIII. per tot. GOEDENIVS*  
*idem parem tribuit iuri canonico vim in decidendo: praesup-*  
*ponit enim, iuris ciuilis finem bonum publicum esse & iur-*  
*is canonici finem animae salutem & bonum publicum fol. 58.*  
*n. 50. & 6. n. 11. Hinc infert, debitorem pignus repetentem pos-*  
*se adire iudicem ecclesiasticum, si ciuilis velit tueri creditorem*  
*propter praescriptionem pignoris, cum talis praescriptio corre-*  
*cta sit per ius canonicum. Vid. consil. LIV. n. 13. Imo consil. 18. n. 8.*  
*ait: ius canonicum coordinari iuri politico & gentium, inde*  
*canonem redintegranda etiam in foro ciuili locum habere ad*  
*correctionem peccati. Consil. 13. n. 9. Quamuis vero a GOEDE-*  
*NIO plura adhuc ante reformationem consilia scripta sint, con-*  
*stat tamen, eum nec postea mutasse sententiam, sed principia*  
*eadem constanter retinuisse. Adeo tenaciter hi duo proma-*  
*chi suam iuri canonico conferuare voluerunt firmitatem, &*  
*quoniam eorum non infima erat auctoritas, hinc reliqui MAT-*  
*THIAE COLERVS, professor quondam decretalium Ienensis,*  
*qui*



qui anno 1586. edidit *processum executivum*, ubi in *epistola deditoria* de horum auctoritate & asseclis ita scribit: Huius generis prodromos habeo non exiguae auctoritatis, inter quos D. Henningus Gadenus, & D. Hieronymus Schurfssius, ut etate praecunt, ita in hac parte circa materias, de quibus ipsi scripserunt, facile primas obtinent. Et paucis interiectis: Quorum vestigiis insituerunt nostri temporis Doctores, Licentiatu Conradus Mauserus, D. Ioannes Schneidewinus, D. Matthaeus Wesenbecius, D. Ioachimus Beust nobilitate generis & familiae per se clarus, nunc vero propter scientiam iuris, omniumque aliarum honestarum artium atque doctrinarum solidam cognitionem, multo celebrior redditus, & superius nominatus Hartmannus Pistoris, denique etiam D. Iacobus Tomingius, plerique mihi vel ut praecceptores, vel ut in eodem stadio mecum discurrentes, ac collegae quondam notissimi ac familiarissimi, qui omnes in suis lectionibus & observationibus aut responsis, simul etiam monstrarunt usum practicum harum prouinciarum, quae iure Saxonico reguntur.

§. VII. Et sane ipsa horum virorum, quae publicam aspectu lucem, scripta satis abunde docent, quod ne latum quidem unguem ab his antecessoribus suis recesserint. Ita enim IACOB THOMINGIUS qui saeculo XVI. floruit in consiliis suis p. 188. Thomingii, n. 21. refert, *leges civiles vel imperatorias non seruari in alienatione rerum ecclesiasticarum, etiamsi maxime iustae sint & cum ecclesiae utilitate coniunctae.* Idem p. 408. n. 85. concludit, *ad hoc in causis usurarum adhaerendum esse iuri canonico, ut legibus imperatorum contrarium in hac materia disponentibus nihil sit tribuendum.* Imo ius canonicum quoad repetitionem usurarum acceptarum ab heredibus obseruari tradit, num. 90. Producam iam in scenam ICRUM, qui circa medium saeculi XVI. floruit, MATTHIAM WESENBECIUM, qui ius canonicum, ut *Wesenbecii*, posterius, iuri priori derogare in materia praesertim appellationis canonicae statuit in *consil. 1. p. 11. n. 20.* Alibi ait, *ius canonicum in praescriptionibus, utpote materia peccati & conscientiae, etiam in foro civili seruari consil. 2. p. 94. n. 38.* Pergit, & recusat quemlibet iudicem posse existimat, cum, etiamsi haec dubium haberent de iure civili. per canones expresse decisa sint,



fini, quibus merito standum esse in foro civili, ut in eo, quod iure civili controuersum, v. consil. VI. p. 31. n. 202. Denique remedia iuris canonici locupletiora esse civilibus docet cons. 21. p. 659. n. 29. Infinita ille porro suppeditat axiomata, multum ad stabilendum usum iuris canonici facientia. vid. *Paravilla ad ff. tit. de pact. n. 9. & tit. de rit. nupt. n. 7.* Ipse, quem antea citauimus, COLERVS putat, de iure canonico etiam obligari heredes ex delicto defuncti, etiam si nihil ad eos peruenerit, ad hoc, ut purgentur manes & conscientia defuncti. vid. *proc. execut. c. 10. n. 272. & P. i. c. 10. p. 329. n. 215.* dicit in concernentibus peccatum leges non dedignari sacros sequi canones.

Coleri.

Schneidewini.

§. VIII. SCHNEIDEWINVS prodeat, de quo IOACHIMVS DE BEVST in oratione de vita eius commemorat, quod a deo familiaris fuerit Luthero, ut paterno eum amore dilexerit, filique loco, imo & in conuictu suo habuerit; adeoque & in doctrina pietatis & articulis fidei ab eo informatus & edoctus fuerit. Dedit præterea operam HIERONYMO SCHVREFFIO & MELCHIORI KLINGIO, ut ita horum doctrinis imbutus non potuit non ius canonicum eiusque auctoritatem inter protestantes propagare. Inde *tit. de nupt.* scribit: *Si sumus in materia ecclesiastica seu spirituali i. e. concernente peccatum, & ius canonicum in utroque foro seruatur; quando in quibusdam casibus ius civile deficit, vel varie sunt opiniones, tunc canones in utroque foro seruantur, & contra, Porro: nefas est, eos iungi, qui inter se parentum & liberorum loco habentur, & quia ius civile expresse non reperitur correctum per canonicum, illud sequimur. Inde concludere licet, quod si in eiusmodi casibus ius civile per canonicum correctum esset, huic omnino standum foret. Ipsius præceptor MELCHIOR KLINGIUS anno 1562. edidit lecturam ad lib. II. sexti decretalium, quo ipso satis demonstrat, ius canonicum in foris protestantium non esse sublatum. Quid BEVSTIUS senserit in causis matrimonialibus videri potest in tractatu de matrimonio p. 132. Summus ille Marpurgensium ICIUS VVLTEIUS, qui anno 1590. Iurisprudentiam Romanam edidit, in protegom. p. 41. docet, ius canonicum pariter ut civile suos inuenisse interpretes, & fortasse nec numero pauciores, nec auctoritate infse*

Klingii.

Bevstii.

Vulsteii.



inferiores & p. 60. ex utroque iure utrumque forum aliquid mutare ait, addens: *Causarum tamen spiritualium earumque, quæ eternam salutem concernunt, ratio hæc est, ut in foro etiam politico legibus neglectis amplectamur canones iuri naturali & scripturæ sacræ consentaneos.* Longe liberius procedit SIXTIVS REGNERVS, qui circa finem seculi XVI. floruit & in *tr. de Regal. lib. 1. c. 6. p. 64. n. 18.* inquit: *Tanti ea, quæ a pontificibus constituta & in iuris canonici libros relata, a secularibus principibus & aliis sunt, ut ius canonicum etiam in usu sit, & in camera imperii in iudicando obseruetur. Non tamen propter pontificis auctoritatem sed propter vim consuetudinis & spontaneum principum assensum ea approbatio facta est, ideoque eo iure non ut pontificio a papa facto, sed ut nostro vimur.* Huic proxime accedit EMERICVS A ROSBACH in *comparatione iuris ciuilibus & canonici præf. p. 2.* ius ciuile eo referens, ut beatissima sit respublica, ius canonicum vero, ut ciuium actiones ad summam hominis felicitatem & salutem æternam dirigantur.

Sixtius  
Regnerus.

§. IX. Omnia, quæ hæcenus adducta sunt, eo collimant, ut inde appareat, ICTOS seculi XVI. in praxi celebriores, & quidem fere omnes, ius canonicum magno in pretio habuisse, eoque in decidendo vfos fuisse. Id quod si conclamatum est, ut omnino est, eo minus dubitandum erit de seculo XVII. quo principia hæcenus adducta per REINKINGIVM, CARPZOVIVM aliosque iuris monarchas ad nostra vsque tempora, euidentissima praxi accedente, propogata sunt, ut nullo modo asseri possit, ius canonicum in foris protestantium per reformationem esse reiectum, & in paucis saltim retentum. Possẽm præterea magnum adhuc eorum cumulum congerere, qui ius canonicum pro aris & focis inter protestantes propugnare annisi sunt; sed breuitatis studio paucos ex his saltim adferam. Et primo quidem ut ab ipsis Wittebergensibus initium faciam, EBERHARVS A WEIHE, decretalium in Academia Wittebergensi quondam Professor, post Cancellarius Brunsvicensis, publicam habuit orationem anno 1588, vbi ius canonicum merito & licite in scholis & foro fidelium locum obtinere, doceri, obseruari,

Non defuerserunt quoque defensores iuris canonici inter protestantes.



feruari, ac publicæ utilitatis gratia, humanæque necessitatis, ipsius commercium fidelibus concedi debere, contendit. Ex-  
tat etiam oratio IOHANNIS ZANGERI in ipsa Academia iam nomi-  
nata, Professoris decretalium, habita Anno 1594. monstrans  
pontificem legis condendæ potestatem non habere, & tamen  
ius canonicum a pontificibus compilatum merito ac licite in  
foris & scholis doceri & obseruari. Memorabilis est obiectio,  
quam sibi ipsi format his verbis: *Illud excuiendum raset, quam  
ob causam Dux Saxonie Fridericus, tertius, & frater huius  
Ioannes electores imperii, etiam post instauratam lucem vere  
& salutaris doctrine celestis, & manifestatam Romani Anti-  
christi tyrannidem, nihilo minus tamen, in hac Academia, do-  
ctoribus iuris fecerint facultatem, ius pontificium docendi, &  
id ipsum non modo permiserit elector Ioannes Fridericus, sed &  
MANDAVERIT; & reliqui etiam electores, Maurinus Aug-  
ustus, & Christianus idem voluerint, & princeps noster cle-  
mentissimus D. Fridericus Wilhelmus Dux Saxonie & ducatus  
septemuiralis administrator nuperrime statuerit.* Inde appa-  
ret, in Saxonia iuris huius studium per expressas principum  
iussiones retentum, propagatum & confirmatum esse. In se-  
quentibus postea accumulatur rationes, quæ pro iuris canonici  
praxi facere possunt, quas hic repetere nimis longum foret. Si-  
militer IOHANNES DAVTH Professor Lipsiensis in tractatu de te-  
stamentis & successibus anno 1594. edito in prolegom. n. 8. pro-  
lixè hanc pertractat quæstionem, quam tandem affirmat alle-  
rens: *Hanc Augustanæ confessionis publicatæ sententiam esse ob-  
servantia electorum, principum, statuum reformatorum subsi-  
cuta, omnium, quorquod in iure uniuerso habentur, interpre-  
tationum longe optima, indubitata, certissima, probat.* Cum  
in omnibus Academiis, ius canonicum solenniter legatur & ex-  
plicetur atque in supremo imperii tribunali & electorum regum  
atque statuum auditoriis decisionibus causarum adhibeatur. His-  
ce subiungit responsionem ad rationes dubitandi, & vltimi-  
us praxin confirmat. ERNESTVS COTHMANN Professor Rostor-  
chiensis Vol. 1. Resp. XXX. n. 70. eandem fouet sententiam, secun-  
dus MODESTINVS PISTORIS consil. 16. n. 6. vol. 1. HVMNIUS Pro-  
fessor



feffor Gieffenfis in libello iam supra citato *de auctoritate iuris*, peculiare quoque constituit caput *de auctoritate iuris canonici*, vbi illam multis corroborat argumentis. CONRADVS RITTERSHVSIVS Ictus Argentoratensis idem intendit in *differentiis iuris civilis & canonici* Anno 1638. editis & quidem in *proæm. p. 9.* vbi etiam regulas infra adducendas & examinandas adfert. MATTHIAS STEPHANI Professor Gryphiswaldensis in *oeconomia practica iuris* anno 1614. edita. *Part. 3. p. 9. & in tr. de iuris. lib. III. p. 1. c. 3. n. 23.* strenuum defensorem iuris canonici agit, & cum prælaudatis praxin eius propagavit, vt alios iam non tangam. Atque hi primarii iustitiæ antistites inter protestantes olim fuere, qui eotempore florere, quo omnibus viribus cum pontificiis certandum fuit. Et tamen hæc certamina, persecutiones & cleri romani insidiæ non potuere ius canonicum e Ictorum protestantium manibus excutere, qui potius id nimis fouerunt, & doctrinam *de auctoritate eius in foris protestantium* posteris commendarunt, vt ita ad nostra vsque tempora traducta sit. Non necesse est, huius rei testes ex seculo XVII. adducere, qui in tanta vbique copia occurrunt, vt in iis referendis multum temporis infumendum esset. Imo si tantum REINKINGIVM CARPZOVIQVE nominauero, me meo satisfecisse officio, persuasissimum habeo, cum horum auctoritas adhuc in Consistoriis vigeat. Vt vero de horum omnium intentione eo rectius constare possit, breuiter eorum rationes, quibus adducti tale quid statuerunt, recensebo.

§. X. Harum primariæ sunt, quod ius canonicum ius ciuile perpicue interpretetur, quod contineat varias elegantesque multorum casuum determinationes apud Romanos nunquam auditas, quod, si aliarum gentium consuetudines cum Romanis coniungendæ sunt, (cum diuersarum legum, consuetudinum morumque consideratio in politicis negotiis, in deliberationibus imperii, in amicabilibus transactionibus & pactio- nibus magni momenti sit;) excludere ius canonicum nullo pacto possimus, quippe quod contineat multa, imo & innumera- bilia publicæ rei non minus quam priuatæ salutaria, quæ argu- menta potissimum adducit EBERHARDVS a WEIHE. Adducunt porro,

*Rationes eorum qui ius canonicum propugnauerunt.*



porro, quod etiam primo capite monitum est, ex ipsis canonibus plurima pontificiorum dogmata posse confutari, cui annexum simile exemplum de Maximiliano deliberante, an libros Iudæorum quoscunque, sacris pandectis exceptis, flammis tradere conduceret? ubi nihilominus negatiua obtinuit, hæc scilicet ratione suffulta, quod per hos ipsos libros Iudæorum somnia & deliria possent refutari. Alii auctoritatem ei conciliant ab autoribus suis, ICtis & pragmaticis magni nominis, quorum opera & consilio pontifices in decretalibus conscribendis vsi sunt, adeo ut quia nominatim non sunt abrogata, illæsa conscientia, in quantum iuri diuino non repugnent, possint seruari, & inde concludunt, cum *Augustana confessione Artic. 16. ex legibus imperatoris & aliis presentibus i. e. ciuili & pontificio magistratum iudicare posse*. Quo argumento potissimum ICti vsi sunt, ut ostenderent, praxin iuris canonici non repugnare cum *Augustana confessione*. Supra iam monitum est, *Cap. 1. §. 24.* quanto in pretio Glossatorum auctoritas apud ICtos fuerit, & cum pontifices illos secuti sunt, & adhuc seculo XVI. Glossarum tradita instar *oraculorum* habebantur, iuris canonici quoque auctoritas inde conseruata fuit & commendata. Alii iterum ob præclara & aurea sanctorum patrum dicta illud magni fecerunt, alii & quidem plerique ob processum, foro nostro commodatissimum; modum perpetuandi lites & protrahendi, non ipsi processui, sed eius abusi & rabularum forensium nequitie imputantes.

*Vterius id illustratur ex aliis argumentis.*

§. XI. Sed non diutius his recensendis immorabimur, cum ex adductis satis superque constet, quanto in pretio apud plerosque ius canonicum fuerit omni prorsus tempore. Inde factum est, ut etiam post restauratam veræ religionis lucem, pontificium docendi facultatem dederint electores Saxonie reliquique principes. Creantur etiam adhuc hodie vtriusque iuris doctores, quo titulo insignitos esse oportet, quos camera imperii in numerum assessorum recipit. *Siemüssen derer Rethen gewürdiget seyn. Quæ sane indicia aperte monstrant, retinuisse principes protestantes, postquam ab ecclesia romana dis-*

*cesse-*



cesserunt, & potestatem papæ abdicauerunt, ius canonicum, eoque in decisionibus causarum adhuc uti, eodem fere modo, quo, sublato licet antiquo rei Romanæ statu, leges tamen Romanæ non tantum per Germaniam, sed alia regna recepta sunt in modum consuetudinû. vid. ARTHVR. DVCK. *de auctor. iuris ciuilibus lib. 1. c. 7. §. 16.* Quod etiam fatetur ZIEGLERVS *dict. dissert. §. 76. in fine*, quamuis male hoc fieri asserat. Accedit, quod post tempora reformationis ius canonicum sub voce *iuris communis* in recessibus imperii allegetur, nunquam vero ei derogatum esse inueniamus. Sicuti vero ius Romanum tantum receptum est in *subsidiis*, ita quando de limitibus auctoritatis iuris canonici quæritur, in genere asserere solent, ius canonicum non in totum posse retineri, neque in totum esse reiiciendum, sed in iis tantum casibus, quibus verior euangelicorum doctrina ei repudium misit. GERHARD. VON MASTRICHT *in historia iuris ecclesiastici. STRAVCH. in æminantate iuris canonici part. 1. Eclog. 1. c. 13.*

*Ut tamen tantum valeat in subsidiis.*

§. XII. At vero cum hæc regula nimis generalis, indeterminata & ambigua sit, speciatim alii potiora capita iuris canonici congererunt, in quibus fora protestantium praxin iuris canonici agnoscere solent. Collegerunt enim potissimum octo capita, quæ pro instituti nostri ratione hic adducere & examinare placet, disquirendo, an sufficientia sint, ad exhauriendum hodiernum iuris canonici vsum. Recenset ea STRVVIVS *synag. iur. ciu. exercit. 2. §. 39.* & LINKIVS *ad decret. p. 33.* vt scilicet obtineat in causis (1) matrimonialibus, (2) pæctorum & emphyteuseos, (3) bonorum ecclesiasticorum, (4) piis, (5) testamentorum, fideicommissorum & detractionem quartæ protestantium, (6) præscriptionum, (7) iuramentorum, (8) ordinis iudiciarii. RITTERSHVSIVS *in proleg. different. iuris ciu. & canon.* vndecim constituit capita, & cum eo alii, addentes, causas *vsurarum, anticbrefeos & decimarum.* Sed insufficientia horum capitum ex aliorum Ictorum protestantium scriptis apparet & facile demonstrari potest. Quidam enim ius canonicum valere putant instar *legis scriptæ*, quæ sententia est RHE TII *in dissert. de auctoritate iuris canon. inter protestan-*

*Quem in finem quidam capita selectiora collegerunt.*





tes c. i. aliorumque, quod illud expresso imperatoris Friderici II. ordinumque imperii consensu receptum in Germania anno 1236. & confirmatum sit a Rudolpho an. 1287. & quod imperator in capitulationibus sancte promittat, se seruaturum iura canonica. vid. *Capitulatio FERDINANDI III. artic. 38. & LEOPOLDI artic. 36.* quo posito integrum haud videtur, legem generaliter approbatam & præscriptam ad speciales materias restringere. Alii vero illud valere contendunt per modum *consuetudinis*, cui sententiæ adstipulatur *FRANZKIVS ad insit.* Et quidem si per modum consuetudinis *provincialis & particularis*, sane in eo peccant, quod de particulari vsu fori generales forment regulas: si vero *consuetudine vniuersali* inuoluit, nihilominus fundamentum deficit, vnde cognosci possit, quatenus & quibus in materiis receptum sit. Ne dicam, quod ipsi doctores in his ipsis capitibus sibi non consent, cum alii plura, alii pauciora referant. Præterea facile ostendi potest, plura deesse capita, in quibus vsum præbet, ex omnium confessione, vt in iure patronatus, parochiali, aliisque materiis ecclesiasticis, in quibus Carpzovius vbique prouocat ad decisiones iuris canonici. Superfunt etiam plura adhuc instituta papalia in terris protestantium, v. c. capitula, monasteria, &c. quæ hodie a protestantibus iure veteri diriguntur, & principibus protestantibus in illa conceduntur omnia, quæ olim papa & episcopi sibi tribuebant, prout ostendit B. DN. STRYK *de iure papali principum euangelic.* Si quis regerat, posse illa, si non *directo*, ad minimum per *indirectum* ad antea recensitas materias referri, eadem sane altercatio hic oritur, quæ semper viguit inter ICTOS, super actionibus, quas per *indirectum* ad §. 28. *insit. de action.* reducere volunt, vbi actiones b. s. omnes & singulas recenseri communiter statuunt.

Alii certas regulas pro vsu iuris canonici determinando fecerunt.

§. XIII. Cum igitur doctores viderent, illa octo capita non exhaurire vniuersum iuris canonici vsum, regulas quasdam ad huc eis superaddiderunt, quas etiam breuissimis excutiemus. Prima est: *Quoties res dubia est de iure civili, iure autem canonico definita, standum est iuri canonico & vice versa.* Secunda: *Quoties vtrumque inter se pugnat, toties quodlibet ius in suo foro*



foro seruandum est, nisi in materia peccati, conscientia atque  
 equitatis, ubi praeualet ius canonicum. Tertia: in dubio inter  
 virumque ius non est statuenda differentia. Quod primam at-  
 tinet, in omnium ore sunt πολυτελλετα hęc: *Prima regula*  
*examinatur.* *Vnum ius sup-*  
*pletur per alterum, sicut vna potestas iuuat aliam, & illud Iusti-*  
*niani in Nou. 83. c. 1. sacras & diuinas regulas nostrae sequi non de-*  
*dignantur leges, quod pontifex in c. 1. & 2. X. de nou. oper. nuz-*  
*ciat. grater accepit, & in hęc erumpit verba: Sicut leges*  
*non de dignantur sacros canones imitari, na & sacrorum cano-*  
*num statuta principum constitutionibus adiuuantur, quod EBER-*  
*HARD 2 WEIHE in antea cit. orat. his comprobat verbis:*  
*Satius est alterius prudentia in arduis deliberationibus vi-*  
*quam in ore habere promptam quidem sed inconsideratam & in-*  
*consultam in reddendo iure vel dicenda sententia, responsa-*  
*nem.* Imo etiam tunc hanc regulam adhibendam esse  
 censet, quando decisio quidem in iure Romano adest, sed ob  
 interpretum contentiones incerta facta, & ita iure canonico  
 decisa est. Ita vero saepe factum, vt errores glossatorum per  
 auctoritatem iuris canonici ius constituerint. Apparet hoc in  
 controuersia, vtrum filius legitimam simul & Trebellianicam  
 detrahere possit? Iure civili hoc negandum est, cum in Trebel-  
 lianicam omnia imputentur. Sed glossatores antiqui id ipsum  
 in dubium vocarunt, quorum sententia in c. 16. & 18. X. de testam.  
 confirmata est, quo iure etiam hodie vtimur, vt ex sequenti re-  
 sponso ab illustri Facult. iurid. huius academiae, anno 1712. Mens.  
 Febr. concepto, apparet. Obwohl auffer Zweifel zu sehen, daß  
 de iure civili nur allein die legitima abgezogen, u. solche in Trebel-  
 lianicam imputiret werden müsse. Dennoch aber und dieweil nach  
 dem iure canonico expresse das contrarium verordnet, daß  
 nemlich ein Sohn, und ex eius persona dessen Erben so wohl  
 legitimam als Trebellianicam abziehen können, c. 16. & 18. X. de  
 testam. welches auch in praxi dergestalt eingeführet ist, daß in fi-  
 dei commissio conditionali, dergleichen hier zu finden, solche dis-  
 positio statt finde, KNIPSCHILD. de fideic. c. 6. n. 180. B. STRVK.  
 de success. ab int. diss. VII. c. 1. §. 27. HAHN. ad Wesemb. ad  
 tit. ad Sc. Trebell. n. 6. in f. BRVNEM. ad l. 6. eod. und dahero  
 H 2 allhier



allhier nach dem iure civili nicht mag erkannt werden, so halten wir davor, daß derselbe so wohl legitimam als Trebellianicam, welche beyde allhier die Halbscheid von dessen Sohnes hinterlassenen Vermögen in sich halten, abziehen könne. B. N. W.

*Alteræ regula  
illustratur.*

§. XIV. Vltimum axioma hoc suffulcitur fundamento, quod ii, qui corpus iuris civilis glossis illustrarunt, etiam pontificibus, ad decretales epistolas concipiendas, auctores fuerint, adeo ut integras leges in ius canonicum retulerint, quas *canonifatas* dicimus. Recensuit eas IOH. STRAVCHIVS *dissert. de origine iuris can. th. 28.* Interim nec huius regulæ semper memores fuerunt doctores, cum sæpe fingant differentias iuris vtriusque, quæ tamen haud fundatæ sunt. Exempli causa huc tantum afferam quæstionem vulgatam: *an pignoratitia actio detur de iure canonico contra tertium possessorem?* quod plures aiunt, sed sine certo fundamento, vti ex sequenti responso apparet, quod ill. facultas huius academix anno 1711. Mens. Octobr. concepit. Als derselbe uns die uff eingewandte Leuterung Johann Kühnen Befl. an einen und Hannß Albrecht Wagners Kl. an andern Theils, verhandelte acta zugefertiget ic. nunmehr aus denen acten so viel zu befinden, daß Befl. auf die Klage, immassen sie angebracht, sich einzulassen nicht schuldig: Würde aber Kläger den quæstionirten Garten, wie sich den Rechten nach gebühret, von Befl. vindiciren, so ist alsdenn Befl. sich darauf einzulassen pflichtig. B. N. W.

*Rationes decidendi.*

Es weist der fol. act. 1. befindl. libell, daß Hannß Albrecht Wagner actionem pignoratitiam gegen Johann Kühnen, als ihgigen Besitzer des quæst. Gartens, angestellet und gebeten, daß er gegen Empfang des auf den Garten gethanen Geldes der 50. Thlr. denselben ihn wieder abtreten sollte, worauff der Befl. vorneml. exceptionem non competentis actionis opponiret, weil er den Garten nicht von Kl. sondern von Johann Heinrich Eggerten Pfandweise inne hätte, und er also sich an denselben halten müssen. Dessen ohngeachtet ist fol. act. 6. auff die Einlassung erkant worden, wovon Befl. Leuterung interponiret, und kommt nunmehr die Sache



Sache auff diesen Haupt-Punct an: Ob die *actio pignoratitia* auch *contra tertium pignoris possessorem* statt finde. Ob nun zwar Leuterat sich vornehmlich in *equitate iuris canonici* gründet, in welchen dieses nicht allein zugelassen. *c. cum contra 6. X. de pignor.* sondern auch in *praxi* angenommen seyn soll. *MEV. p. 5. decis. 343. KOCH in prax. for. Germ. p. 2. pag. 240. BRUNNEM. ad l. II ff. de pign. act.* welches auch so gar einige *de iure civili* behaupten. *l. 40. §. 2. ff. de pign. act.* Weil aber dennoch nach den gemeinen Rechten ausgemachet ist, *quod actio personalis ex contractu descendens non datur contra tertium possessorem*, auch bey der *pignoratitia actione* nirgends eine exception anzutreffen, viel weniger dieselbe pro *actione in rem scripta* mag gehalten werden. *GOEDDEVS vol. 1. conf. Marp. 28. qu. 14.* solches auch in dem *alleg. l. 40.* sich nicht befindet, als wofelbst zwar behauptet wird, daß der *debitor contra tertium pignoris possessorem* klagen könne, des *genus actionis* aber dabey nicht gemeldet wird, ein *folgl. secundum iuris rationem* dieses *de reali* verstanden werden muß. *SCHILTER. in pr. iur. Rom. ex. 26. §. II.* Welches auch gar *folgl.* von dem *textu iuris canonici* verstanden werden mag, als wofelbst gleicher Gestalt, das *genus actionis* nicht exprimiret, mithin *conueniens actio, realis scilicet, supponiret* werden muß. *SCHILTER. cit. l. §. 10.* auch, was *de contraria praxi* angeführet worden, noch sehr zweiffelhaftig ist, angesehen der *Meuius* *de vniuersali Germaniæ praxi* nicht zeigen können, nachdem andere bewehrte *Rechts-Lehrer* solche nicht einräumen. *LYNCKER. in anal. ad Struu. tit. de pignor. act. LAVTERBACH. de pignor. act. §. 16. HAHN. ad Wesenb. cit. tit. n. 7. SCHILTER. c. l. §. 8. seqq.* und in *dubia praxi* so lange bey dem *iure communi* zu verbleiben ist, biß das *Gegentheil* klar erwiesen, da doch so gar diejenigen, welche das *contrarium de iure canonico* statuiren, bekennen, *quod illud in foro politico non habeat locum.* *RICHTER. vol. 1. conf. 54. n. 3. GOEDDEVS cit. l. n. 231.* sonsten gleichwol nicht unbekant, *quod inter ius civile & canonicum non sit statuenda iurium dissonantia*, ein *folglich* wenn Leuterat gegen Leuteranten klagen wollen, er alsdenn *rei vindicationem* anstellen müssen, als welche in solchen Fall denen Rechten nach zugelassen ist. *CARPZ. P. 2. C. 26. def. 5.*



GOEDDEYS *cit. conf. qu. 6.* SCHILTER. *cit. l. 9.* so hat nicht anders, als geschehen, erkant werden mögen.

*Tertia regula  
sub examen  
renocatur &  
inde probatur,  
ius canonicum  
semper iuri  
civilis  
prævalens.*

§. XV. Denique circa secundam regulam plerisque aquam hæere animaduerto. Constat, æquitatem esse vel *veram* vel *cerebrinam*, & hanc sæpe pro vera venditari, quemadmodum *superstitio* sæpe nomen *pietatis* assumit. Quemadmodum vero pontifex sibi arbitrium in doctrinis moralibus vindicavit, ita, quid *pium* & *æquum* dicendum sit, determinare potuit, adeoque ubi recedit a iure civili, hunc prætextum ubique allegat, quem nec ICTi protestantes debito modo examinarunt. Vnde reuera regula adducta vsuum nullum præstat, cum non appareat, quomodo regula hæc: *quod si adsit discrepantia inter utrumque ius, quodlibet in suo foro sit seruandum*, stare possit cum limitatione subiecta: *nisi agatur de vitando peccato vel æquitate canonica ius durum corrigatur*. Eo ipso sane regula omnem vim amittit, quia ubi dissentit ius canonicum a iure communi, semper vel intuitu *peccati* vel *æquitatis* ut plurimum *cerebrinae*, dissentit, & ita indistincte potius dicendum foret, in discrepantia vtriusque iuris prævalere ius canonicum. Hoc plerique fascinati sunt errore, ut, si res secundum ius canonicum decidatur, benigniorem sibi promittant sententiam, vnde facile sub pretextu vel *pietatis* vel *æquitatis* vel *conscientiæ* obtinebit, qui secundum ius canonicum sententiam exoptat. Confirmat id ipsum DN. PRAESES in *Præfat. tract. de iure parochiali*, inquit: *valde incertum & ambiguum adhuc est, in quantum & quatenus receptum sit ius canonicum*. Prout enim aliqua sententia huic vel illi ex iure canonico arripitur, eatenus receptio inde efformatur, nec difficile tunc est consentientes revocare. quoniam nulla sententia tam improbabilis, quæ non rationibus colorari aut a defensoribus laudari possit. Et cum a primordiis iuris canonici illud statim in tanto fuerit pretio, ut præsumptio *æquitatis*, *pietatis*, & quod *conscientiæ* confuleret, pro eo semper militarit, ex hypothesi occæcatorum temporis orbis, non credendum est, hoc præiudicium ICTos protestantes deposuisse, qui potius eandem doctrinam sedulo in ipsis protestantium foris propagarunt, sicuti hanc cantilenam RIT-

TERS.



TERSHVIVS, LINCKIVS, STRVVIVS, STEPHANI, RHETIVS, HAH-  
 NIVS, SCHILTERVS magni illi viri, adhuc canunt. Eiusmo-  
 di exempla iuris æquioris passim afferuntur a doctoribus,  
 quamuis paucissima quadrent, teste STRAVCHIO in *Dissert. anea*  
*ciu.* vbi fictam quandam æquitatem allatam a SICHARDO ad *Leg.*  
*8. C. de iud. n. 3.* refert. In materia *prescriptionis* secundum ius  
 canonicum perpetuo bona fides adesse debet, quamuis illustris  
 COCCIVS *dissert. de finibus b. f. in prescriptione de iure civili &*  
*canonico* perspicue docuerit, illam dispositionem, ea, quæ vul-  
 go adfertur, æquitate non niti. Porro in *cap. vlt. de sepult. & in*  
*cap. 5. de rapt.* contra ius civile statuitur, heredes defuncti, qui  
 aliis in vita sua damnum dedit, teneri pro viribus hereditatis  
 ad illud refarciendum, ad exonerandam defuncti conscientiam,  
 quæ ratio admodum futilis est, & tamen a pietate commen-  
 datur. Et denique iam §. 6. notauimus, quod ius canonicum  
 sustulerit illas solennitates 7. vel 5. testium, in testamento & ali-  
 is vltimis voluntatibus (vid. SCHYFFIVS *cent. 3. consil. 58.*) ob rationem,  
 quod *iuris civilis dispositio a lege diuina, duos testes*  
*tantum requirente, & sanctorum parum instituitis, recedat.*  
 Hoc vero falsum & merum prætextum esse recte asserit CONNANVS  
*lib. 9. comment. c. 2. & LINCKIVS ad decret. lib. 3. tit. 26. §. 7.*  
 & inde forsitan factum est, quod, quia hoc ipsum manifesto falsum  
 est, nunquam in praxi receptum sit. In eo tamen iuri cano-  
 nico assentiuntur omnes ob *pietatis* rationem, quod in testa-  
 mento ad pias causas duo tantum, imo si constet certo de  
 voluntate disponentis, plane nulli requirantur testes per *c. 4. &*  
*u. X. de testam. RICHTER decif. 28. n. 15. & 16.*

§. XVI. Exinde non illiquido constare arbitror, in cau-  
 sis civilibus ius canonicum semper præualere, vbi enim dissen-  
 tit a iure civili, perpetuo aderit prætextus vel *pietatis, æquitatis*  
*vel maioris animarum & conscientie curæ* quippe, vbi non in-  
 spectis apicibus iuris, ex sola æquitate proceditur. Præterea  
 præcipua iuris communis capita in *testamentorum, matrimo-*  
*niorum & contractuum* iure consistere arbitror. Atqui in priori-  
 bus duobus ius canonicum obtinere, nemo facile negabit, vid.  
 DAVTH. *de testam. p. u. Ill. DN. THOMASIVS diff. de different.*  
*iuris*

*Prærogativa  
 iuris canonicæ  
 vltimius de-  
 monstratur.*



*iuris civil. & canon. in mater. testam.* Quoad ultimum, si iuramentum adicitur, iuris canonici decisione res relinquitur, per illud enim tollitur omnis oppugnatio contractus de iure civili inualidi *WESENBECIUS in consil. XXIII. n. 26.* Vbi vero nullum iuramentum interuenit, ibi vix vllam differentiam inter vtrumque ius inuenies. Ius canonicum enim paucissimis attingit contractus, vtpote plenissime in iure civili excussos, illosque tantum ad personas & res ecclesiasticas applicat, nisi quod in materia pactorum quidam differentiam adducere soleant. Proinde non inepte alii generaliter de *receptione & auctoritate iuris canonici* testantur. Instar omnium loquatur *B. BRUNNEMANNVS* vir vere pius ac solide eruditus, qui in *repetitione Paratiil. Wesenbecii lib. 1. tit. 1. qu. 18.* ius canonicum, *quatenus verbo diuino non est contrarium, merito receptum a nostris, & o vltimam plura!* exclamat.

§. XVII. Nec tantum subsistendum esse iudico in causis ciuilibus, sed præterea etiam praxis docet, vel ipso teste *CAR. ZOVIO*, ius canonicum in *ecclesiasticis* negotiis inter prestantes insignem habere vsum. Equidem postquam ecclesia in duas scissa erat partes, Augustanæ confessioni addicti principibus suis auctores existebant, de nouis *constitutionibus ecclesiasticis* condendis, iuxta quas decisiones causarum ecclesiasticarum formandæ essent: in quibus non multum fidendum esse iuri canonico arbitrabantur. Feliciter negotium succedere videbatur, cum tales constitutiones passim in territoriis concinnarentur, quæ adhuc hodie vbiuis obuix sunt. Et quidem si *primitiuas ordinationes ecclesiasticas* intuemur, illæ in iis fere vnice occupantur, quæ *liturgiam* respiciunt, & hodie vocari solent: *Die Kirchen-Agenda.* Plerumque a theologis confectæ sunt, quemadmodum Bugenhagii, Iusti lonæ, Georgii Spalatini, Casparis Creuzigeri, Coruini, Dieterici aliorumque, de quibus *capite seq.* dicendum erit, adhuc commendantur. Ast nimis angustis circumscriptæ erant limitibus, adeoque determinatio plerarumque causarum ecclesiasticarum ab initio ex iure canonico petebatur. Tandem de his quoque ordinationes faciendas esse, censuere protestantes, vt certo quodam



quodam iure in ecclesiasticis controuersis Consistoria vterentur. Sed cum negotium conficiendarum huiusmodi constitutionum nemini rectius committendum esse videbatur, quam ipsis I Ctis, inde eueniebat, vt quæ forsitan reiici debuissent, de nouo stabiliarentur. Nullis enim aliis principiis I Cti imbuti & tincti erant, quam *iuris canonici*, & sic fere *compendium quoddam iuris canonici*, quatenus ad causas ecclesiasticas spectat, constitutiones pleræque representare videntur, & ita hæc emendatio caruit successu, Neque vero hæc a veritate aliena esse, inde constabit, si collatio *constitutionum ecclesiasticarum* cum iure canonico instituat. Ostendit id initio huius seculi Dominus Præses in *tractatu de iure parochiali*, vbi perpetuam collationem huius iuris, quatenus ex ordinationibus ecclesiasticis dependet, instituit cum scitis iuris canonici, *de iure parochiali* disponentibus, quæ adeo sibi congruere ostendit, vt non potuerit non inde hanc conclusionem necitare; *totum ius nostrum parochiale ex principiis iuris canonici promanasse*. Ex hætenus dictis triplicem deduco consecutionem. (1) Ordinationes ecclesiasticas ex iure canonico in plerisque causis desumptas esse. (2) I Ctos quæstiones ecclesiasticas, in defectu ordinationum ecclesiasticarum, fere vnice ex illo iure hætenus decidisse, exemplo Carpzouii. (3) Infinita instituta pontificia in nostris ecclesiis relicta esse, quæ adhuc hodie iure canonico reguntur. Qui itaque genuinum interpretem harum ordinationum agere, & accurate discernere cupit, vbi & quibus principiis seducti interpretes in decidendo hallucinati fuerint, vel denique reliquias illas pontificias euitare, & pro virili refecare, conabitur, absque iuris canonici scientia felices progressus facere nequit.

*Ita vt per ordinationes ecclesiasticas praxis iuris canonici promota sit.*

*Consecutaria.*

*Conclusiones ex iure canonico plures retenta, reprobatis principiis.*

§. XVII. Denique etiam hoc addendum esse iudico, tam altas radices dogmata pontificia egisse, vt, quod dolendum sane est, reprobatis principiis, conclusiones retinuerimus. Imprimium foret, causas huius confusionis ad eos deuoluere, quorum ministerio Deus in opere reformationis usus est. Hi in repurgandis doctrinis solliciti fuerunt, nec ea, quæ ad I Ctorum fora spectant, sibi vindicare poterant, & cum I Cti hoc idolum

iu-  
ur,  
ero  
in-  
mis  
;il-  
nifi  
ole-  
Fo-  
B.  
eti-  
um,  
no-  
usis  
r p-  
ote-  
ia in  
cipi-  
sica-  
a es-  
lere  
on-  
dem  
s fe-  
vo-  
ogis  
cor-  
um-  
lan-  
leo-  
n ab  
que  
erto  
dam



idolum ægre dimitterent, inde factum, vt reformatio in iure eccl<sup>i</sup>astico plane omiffa, vel in paucis tentata fuerit. Exemplo nobis præiuit Excellent. Dn. I. S. STRYK *in differt. de reliquis sacramenti in causis matrimon.* vbi non paucas quæstiones, in iure canonico ex ratione sacramenti decifas, & a nostratibus, reiecto quamuis illo principio, tenaciter referuatas esse monstrat. Idem docet praxis distinctionis inter sponsalia de presenti & de futuro: Sponsalia de presenti enim, notante Luthero in libello von Ehe & Eichen, sunt merum inuentum papale, quo pontifices per verba de presenti inter desponsatos inducere voluere indissolubilitatem, adeo, vt dixerint, per illa transire sponsalia in matrimonium & sacramentum inchoatum. cap. 31. de sponsal. Sponsalia de futuro vero dixere promissiones futuri matrimonii, quæ demum proprie dicta sponsalia sunt c. 32. X. eod. COVAREVV. de sponsal. c. 1. n. 2. GONZALEZ ad c. 2. b. n. 4. Quamuis vero talia sponsalia de presenti in nostris foris haud reperiantur (si excipias illa, quæ concubitu sunt confirmata) praxis tamen ostendit, ex incongrua iuris canonici applicatione, illa sponsalia apud nos dici de presenti, quæ iure canonico de futuro appellantur, & nihilominus eis applicari illa dogmata & iura, quæ ius canonicum suis sponsalibus de presenti, ex diuerso fundamento, eoque concludentiori, tribuit. Sponsalia de futuro, ex nostratium conceptu, tantum sunt tractatus de futuro matrimonio, notante CARPZOV. in defn. 18. n. 6. quem sequuntur CHEMNITIVS in loco de coniug. p. 517. & GERHARD. in eod. loco §. 130. Sed quia tractatus non obligant, quippe in quibus nondum adest duorum in idem consensus, sane nec sponsalia dici possunt. Proinde rectius in iure canonico pro negotio iam contracto & perfecto accipiuntur, per c. 2. b. 2. vbi desponsati de futuro dicuntur, qui de matrimonio contrahendo puxerunt & sine omni conditione fidem de deruni, quæ definitio ad nostra de futuro non quadrat. Inde incongruæ hæ conclusiones profluxere, quod nostra sponsalia de presenti dissolui non posse dicantur, cum tamen his competat illa definitio, quam canones illis de futuro tribuunt, & ita merito confectaria horum hic applicanda forent. Possent adhuc plura incommoda, quæ



ex aliis reprobatis, & a protestantibus reiectis principiis fluunt, longa ferie recenseri, quæ tamen in nostris ecclesiis observantur, veluti de *sacerdotio*, *sacrificio in S. cæna*, *charactere indelebili in ordinatione &c.* de quo plenius disseruit Dominus Præses in *emendar. ad Schilteri ius canon. p. 164. §. 5.* fed instituti ratio id non permittit. Sufficit ex hæcenus dictis constare, ius canonicum nunquam reiectum, sed potius sollicitè a ICtis reservatum, quamvis cum summo Consistoriorum nostrorum detrimento. Concludam hoc caput testimonio illustris Dn. THOMASII, qui in *præfat. ad historiam iuris canonici Gerhardi von Mastricht*, ait: *Differentiæ communiter propositæ vel non sunt genuinæ, vel ius canonicum adhuc præ iure civili in praxi obtinet, vel denique ubi ius canonicum non viget, id deduci potest partim ex moribus antiquis Germanorum, antequam ius civile ad nos pervenerit receptis, partim ex ipsis legibus imperii specialibus, adeoque non ex communi aliqua & generali prærogativa iuris civilis esse derivandum.*

CAP. III.

DE

IVRIBVS RECENTIORIBVS IVRI CANONICO IN TERRIS PROTESTANTIVM DEROGANTIBVS.

§. I.

**F**igimus superiori capite de usu iuris canonici post reformationem, & variis argumentorum momentis monstrauimus, nihil adeo decessisse eius auctoritati, Ius canonici cum valet in subsidium, quatenus posteriores leges ei non derogatum. vt potius ICti celebriores postea quoque in decidendo illud magno ardore asseruauerint. Neque adeo per regulas, quas finxerunt Doctores, & materias, in quibus solis usus iuris canonici superesse voluerunt, circumscriptam esse eius praxin, ostendimus, vt inde firma hæc deduci possit





conclusio: *In dubio iuris canonici dispositionem, in quantum non manifeste repugnat sacre scripturæ, neque per obseruantiam, neque per constitutiones tam generales quam prouinciales mutata est, præ iure civili obtinere debere.* Rationes huius asserti præcedentia capita abunde suppeditant. Vt vero de *limitibus* auctoritatis iuris canonici in terris protestantium eo rectius constet, adducenda *hoc capite* sunt *iura* illa *recentiora*, quæ iuri canonico derogant, & ideo præferri debent. Obtrahit enim ius canonicum a prima sua origine, æque vt *civile*, tantum *in subsidium*, & ita quatenus ante *reformationem* viguit, eatenus quoque post illam valuisse videtur. Remansisse enim archiepiscopis Germaniæ eam libertatem, vt pro vtilitate suæ dioceseos leges ferre ecclesiasticas potuerint, diximus *cap. l. §. 26.* vt adeo decretales non tanquam vnica & sola norma admittæ fuerint, sed *in subsidium* demum, deficientibus aliis & domesticis constitutionibus ecclesiasticis. Imo patrios mores & instituta anteferri debere iuri canonico, nisi in specie huius receptio doceri possit, asserti possent. Quamuis non difficemur, ius pontificium ob generalem receptionem patrios mores mirum in modum alterasse & correxisse; sed si ius *civile* cum *canonico* conferas, hoc illi palman merito præripit, cum ius *civile* intuitu alterius sit magis *subsidiarium*, nisi iterum huius receptio in specie doceatur. Huius exemplum est in *ordinat. cam. Maxim. l. §. 20.* vbi in appellationibus a sententia interlocutoria id seruandum esse cauetur, was in *Käys. Rechten* geordnet ist, quamuis in iudiciis aliis Germaniæ in hac materia ius canonicum præualeat, docente Dn. LYNCKERO *de grauam. extraiud. per tot.* Nec est quod dicas, iuri canonico per receptionem iuris civilis derogatum esse, tanquam posteriori legi, quæ tollit priorem; cum vtrumque ius valeat ex *recepto*, & ita, quatenus vtrinque receptum sit, attendi debeat, ne dicamus minus recte ius civile ad ius posterius referri. Ostendimus iam in *cap. l. §. 26. & seq.* vno eodemque tempore vtriusque iuris in foris cœpisse auctoritatem, *decretalium* scilicet & *iuris civilis*: adeo vero ob superstitionem illorum temporum aliasque rationes adductas ius canonicum statim enituisse & caput

Præualeat  
tamen iuri  
civili.



put extulisse præ iure ciuili, vt quamuis patrii mores canonibus, hi tamen iuri ciuili præualuerint, & illud non nisi, deficiente dispositione iuris canonici, obtinuerit.

§. II. Alias regula *l. 3. ff. de constit. princip.* sua gaudet firmitate, quod lex posterior derogat priori, dummodo quod sit posterior & derogatoria, constet. (1) Scilicet recessus imperii haud pauci iuri canonico terminos ponunt, vltra quos non potest in vsum deduci. Dirigunt hi recessus tam negotia *sacra*, quam *profana*. Circa illa versantur *transactio passauensis* de anno 1552. & *pax religiosa* de anno 1555. Vtraque sanctio confirmata in *Instrum. Pac. Art. V. §. 1. Transactio* anno millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo Passauimita, & hanc anno millesimo quingentesimo sexagesimo quinto secuta *pax religionis*, prout ea anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto *Augusta vindelicorum* & post in diuersis sacri romani imperii *comitiis vniuersalibus confirmata fuit, in omnibus suis capitulis vnanimi imperatoris, electorum, principum & statuum viri- usque religionis consensu initis ac conclusis rata habeatur, sancte- que & inuolabiliter seruetur.* Ad illustrationem *pacis religionis* pertinent acta *pacis religionis* apud LEHMANNVM & SCHILTE- RV M de *pace relig.* Ad negotia profana pertinent recessus, qui in *processibus* aliisque *materiis profanis* quid determinant, & imprimis *Recess. nouis. de anno 1654.* quo multa iuris canonici capita circa processum sunt mutata. Ita secundum ius *Quod exem- plis illustra- tur.* canonicum, lite nondum contestata, aduersus reum contumacem causa definitiue decidi nequit, sed proceditur ad immissionem ex primo decreto. *c. quontiam. 5. in princ. & §. in aliis. vt lit. non cont.* In recessu vero nouissimo §. 36. constitutum, submitti posse ab actore, & iudicem, perspectis actoris iuribus, causa pro conclusa acceptata, posse definitiuam ferre sententiam, sublata immissione ex capite contumacia in non comparando. Porro constat ex *c. pastoralis. 4. X. de Except.* ob nimiam retardationem processuum posse iudicem terminum assignare, intra quem exceptiones dilatoriae necessario proponi debeant: in §. 5. seq. dicti *Reces.* sub pena amissionis iniungitur reo, vt dilatoriae exceptiones ante litem contestatam si-



mul proponantur, peremptoriæ autem ei annectantur. Vltius per *c. penult. X. de Testib.* cautum, quartam dilationem non debere concedi, nisi adhibitis solennitatibus, quod in tantum mutauit *recessus nouissimus §. 50.* vt in *tertia dilacione* illæ solennitates adhibeantur, quas quarta in iure canonico requisit; quamuis in dicto *Cap. de productione testium* agatur, quod communis doctorum error pro dilacione probatoria testium accepit, vt non diffitetur *B. DN. STRYK. in vsu mod. tit. de feris & dilat.* vbi consequentias inde fluentes improbat. Exceptio contra inhabilitatem testium iuxta *c. 31. X. de testibus* ante publicationes attestationum opponi debet. Sed in *§. 56. Recef. nouiss.* indulgetur exceptio contra personas testium etiam post communicationem rotuli, nulla interposita protestatione publicationem antecedente, quamuis *TEXTOR in dissert. IV. ad recef. nouiss. §. 68.* putet, hoc in camera tantum, in iudiciis autem inferioribus *c. 31. citat.* obseruari.

(II) Instru-  
mentum pa-  
cis.

§. III. Ne vero in his iusto prolixiores simus, deueniendum est ad alterum caput, quod iuri canonico derogat, scilicet *instrumentum pacis*, quæ *lex posterior & derogatoria est.* Dicitur enim in *Artic. XVII. §. 2.* Pro maiori etiam horum omnium & singulorum pactorum firmitudine & securitate sit hæc transactio perpetua *lex & pragmatica imperii sanctio in posterum æque ac aliæ leges & constitutiones fundamentales imperii obligans.* Imo in *§. subsequenti* derogatum est iuri canonico, in quantum instrumento huic contradicit; *Contra hanc transactionem vllumue eius articulum aut clausulam nulla iura canonica vel ciuilia communia vel specialia, conciliorum decreta, privilegia inducta, edicta &c. vnquam allegentur, audiantur, & admittantur.* Repetita est hæc sanctio *pragmatica verbotenus in Recef. Imp. de anno 1654.* & confirmata per capitulationes Leopoldi, Iosephi & Caroli VI. Hac ipsa protestantibus liberum exercitium religionis stabilitum est, & inde quoque multa necessario iuris canonici capita corruere debent. Sic, vt ex pluribus pauca tantum referam, (I) tota doctrina iuris canonici *de hæresi*, eiusque *pænis* in foris protestantium cessat, nec, saluo instrumento pacis, inter Catholicos & protestan-



testantes quoad effectus iuris applicari potest aut debet. *vid. art. V. §. 35.* (II) Bona ecclesiastica a protestantibus possessa in eo statu manere debent, in quo fuere d. 1. Ian. anni 1624. (III) Prohibitum est, nequis alterius subiectos in suam religionem protrahat, eorumue defensionem hoc obtentu suscipiat. (IV) Si præsul religionem mutauerit, cautum est, vt munere ac bonis suis excidat, illæsa quamuis existimatione. (V) Subditis diuersam a principe amplectentibus religionem, liberum est, bonis suis diuenditis alio migrare. Inprimis (VI) *ius reformandi sacra* specialiter illustratum, determinatum & certis limitibus circumscriptum est, quod tot articuli docent. Præterea (VII) ipsius pontificis ceterorumque episcoporum iura in terris protestantium non tam suspensa, quam sublata, quamuis ita tantum aliæ personæ substitutæ, & iura eadem in plerisque locis manserint, vt fere dicere soleant, principem esse papam in suo territorio.

§. IV. Vltorius se sistunt *concordata nationis Germanica* (III) *Concordata nationis Germanica.* inter Fridericum III. & Nicolaum V. inita, cuius occasio repetenda a nimis prouisionibus papalibus, quæ contra antiquam praxin omnem pene electionem & liberam collationem beneficiorum sustulerunt. Cum vero super his ingentes orirentur querelæ, & prouisiones gratias expectatiuas reservationes arctioribus finibus includi oportere Germani contenderent, tandem noua pacta inter Fridericum III. & Nicolaum V. inita sunt, quibus conuentum, quod Papa tantum intra certos menses beneficia *minora* conferre, capitulo vero libera relinqui deberet electio in beneficiis *electiuis* seu maioribus. Confirmata sunt hæc concordata in *Capit. Iosephi art. 18.* quoad catholicos, non quoad protestantium præiudicium. Ita enim Artic. *in fin.* disponit: *Das so viel diesen Articul betrifft, unsern lieben Dheimb, und Churfürstl. zu Sachsen und Brandenburg auch Religionen Verwandten, Fürsten und Ständen, ingleichen der ohnmittelbahren Reichs Ritterschafft, und dessen allerseits Untertanen, die reformirte mit eingeschlossen, welche unter Catholischen Geist- und weltlichen Obrigkeiten wohnen, dem Religionen und profan Frieden, auch dem zu Münster und Osnaabrück aufgerichteten*



richteren Frieden = Schluß, ohnabbrüchig und ohne Consequenz Nachtheil und Schaden. Cum enim his per *instrument. pac. art. V.* iura sacrorum confirmata, adeo vt illa, sine vltiore pontificis turbatione, exercere possint, SECKENDORFF. in *Teutschen Fürsten = Stadt p. 2. c. 15. n. 3.* nihil amplius circa illa pontifici relictum est, præsertim cum instrumento pacis eatenus illis derogatum fuerit *art. XVII. § 3.* Interim tamen in ecclesiis protestantium illa haud sunt negligenda, cum principes adhuc hodie *iure papalia* circa capitula exercent. Licet enim pontificis iura suspensa sint in territoriis protestantium, ipsa iura tamen haud sublata sunt, sed tantum iniusto erepta possessori, prout ostendit. B. DN. STRYK. *de iure papali princip. euangel.*

(IV) *Ordinationes ecclesiasticae, repudiato concilio Tridentino.*

*Origo ordinationum ecclesiasticarum.*

§. V. Concilia recentiora huc referri non merentur. Reiciuntur enim plane a protestantibus, vt Florentinum, Lateranense & reliqua, quæ Ziegler *ad Lancell. L. 1. tit. 3. §. 3.* pro illegitimis habet. Maxime vero Tridentinum in foris protestantium repudiatur, cuius examen alter ille MARTINVS, CHEMNITIVS scilicet, egregie suscepit & perfecit. Quamvis enim principes protestantes post exorta religionis dissidia sæpius ad concilium generale prouocarent, quia tamen pontifex contra expressam eorum protestationem supremum negotii directorium suscepit, & sic in simul *actoris & rei* vices gessit, in necem protestantium hoc factum esse, facile iudicari poterat. In de ne quidem ei inter protestantes statur, quatenus *ius canonicum* corrigit vel emendat, etiam in materiis arbitrariis, cum constanter placitis eius generaliter contradixerint. Propius ad fora protestantium referri debent *ordinationes ecclesiasticæ*, quæ in nonnullis a iure canonico recedunt, de quibus plenius edisserendum est. Harum origo petenda ex prioribus seculis, & primis ecclesiæ incunabulis. A postoli ex illis, qui in Christum resuscitatum credebant, ecclesias formarunt, quibus vt doctores meriti, non vt *episcopi*, cum potestate imperandi, vt pontificii volunt, præfuere; alioquin perpetuo in vno loco commorare, suæque ecclesiæ tantum curam gerere debuissent, quod a fide historica alienum est. Opus vero omnino fuit, vt his ecclesiis nascentibus



bus certus *ordo* præscriberetur, secundum quem sacra sua instituerent, cuius vestigia in apostolorum scriptis reperire licet. His e vita sublatis, per vnanimem totius ecclesiæ consensum *conventionales ordinationes* factæ sunt, e. g. circa excommunicationem, cuius historiam plenius refert Dn. Præses *in diss. ad Plinium II. dissert. III.* Sub Constantino M. episcoporum *Progressus.* potestas ad maiorem *exultationem* peruenit, ut ab horum directionibus fere pleraque dependerent, & sic quoque ius adornandi liturgias ecclesiasticas, adeo ut Constantino, iura circa sacra exercere tentanti, sese opposuerint. Neque Constantino integrum videbatur, iura sua vindicare, (1) quod episcopos sibi fauentes habere, omni conatu desideraret, adeoque animaduerneret, se crabrones esse irritaturum, si ius illud sibi vindicare tentasset. (2) Accedit, quod plures ostendant, eum baptismum ad vitæ suæ finem distulisse. SCHULTETVS *in medulla patrum part. 3. p. 228.* ex quo valde probabile est, episcopos Constantino M. non indulgisse, ut ipse, tanquam catechumenus, in rebus sacris quid adornare posset. Inde iurisdictio ecclesiastica magis magisque promotæ & confirmata, & hierarchia sacra exstructa est, vi cuius postea pleraque episcopi adornarunt in sacris. Equidem *quædam* iura hinc inde relicta sunt imperatoribus, quorum tamen exercitium ut plurimum a nutu episcoporum eiusque directione pependit, quemadmodum etiam status imperii quædam iura circa sacra ante reformationem exercuere SCHILTER *de libert. eccles. German. p. 301. & 308. sqq.* B. HERTIVS *de superiorit. territ. §. II. sqq. & de libertate prætensa ordin. ci. steriens. sect. I.* B. STRYK. *de iure papali princip. euangel. p. 9.* SITHMANN. *idea iuris episc. c. 3. p. 66.* Ast reformatione subsecuta non tantum *liberum* sed etiam *plenum* iurium circa sacra exercitium obtinere, vi cuius liturgica ordinant, & ita quoque ordinationes condunt ecclesiasticas.

§. VI. Cum verò ante dictum sit, iuri veteri ecclesiastico hoc negotium toti ecclesiæ vindicatum, deinceps vero ei ereptum fuisse, dubium emergere posset: quo iure princeps illa, quæ sunt ecclesiæ, sibi tribuere quiverit? præsertim cum naturale sit, & cuius collegio proprium, ut quæ ad *ordinem collegii* faciunt, *Ius constituendi ordinationes ecclesiasticas competit dominis territorii.*

K

faciunt,



faciunt, *mutuo pacto* a collegiis adornari queant. Sed salua res est. Nam in genere imperanti competit sedula inspectio in omnia collegia, nequid detrimenti respubl. inde capiat, prout facile fieri potest, si nimia collegiorum libertas haud coercetur. Proinde, si animaduertit, statuta collegii noxia esse respubl., illa tollere, mutare & corrigere, imo alia praescribere debet. Eandem sollicitudinem, curam & inspectionem in ecclesiam principi adscribere debemus, & quidem eo maiorem, quo grauiora alias incommoda exinde in rempublicam redundare possent. Status ecclesiae corruptus est, si mores decentium & discipulorum intuemur, vnde eo maiores turbæ metuentæ, quo maior est numerus eorum, qui ecclesiae membrorum sunt, quæ in aliis collegiis, ob exiguum numerum membrorum, non adeo metuentæ. Inde prouidebit princeps, vt omnia *ordine & decenter* fiant, & ne populus superstitione ducatur in ritibus nouis condendis, veteribusque abrogandis turbas concitet, prout in abrogatione exorcismi aliquando factum fuisse memini. Inprimis autem in *reformandis sacris* auctoritate publica opus, cum sine ea ex variis causis ad effectum perducere vix possit, & præterea reformatio salutis reipublice multum inferuiat. Optimo sane iure statim, reformatione emergente, FRIDERICVS elector Saxoniae ius religionis sibi vindicauit, quem reliqui principes, quibus reformatio cordi fuit, secuti sunt. Cum igitur hodie conclamatum sit, ius ordinationes ecclesiasticas conficiendi iuri territoriali coherere, imo status protestantes in *instrum. pac. Art. V. & Art. VIII. §. 1.* in libero iuris territorialis tam in *ecclesiasticis*, quam *politiciis* exercitio firmari sint, consequens est, principem hoc iure vti, non qua *episcopum*, sed qua talem, quamuis in alia omnia eat *CARP. ZOVIVS lib. 1. iurispr. eccles. def. 1.* Sed quamdiu huic doctrinae inhæremus, indulgemus clero pontificio, ius constitutiones ecclesiasticas condendi pontifici & episcopis proprium esse, quo ipso causæ nostræ parum profumus, quin potius eo ipso fatemur, iniuste episcopis & clero hæc iura erepta esse, quod tamen omni iure factum esse contendimus. confer. autor. *meditar. ad instrum. pac. specim. VII. p. 374.*

Non tamen  
qua episcopus

§. VII





§. VII. Neque hæc obseruatio nullius momenti est, sed exinde dependet quæstio, *urum princeps ius ordinationes faciendi per ministerium ecclesiasticum exercere debeat?* Affirmant vt plurimum hanc quæstionem, qui iuris episcopalis doctrinam adhuc defendunt, & principibus nostris applicant, inter quos familiam ducunt CARPZOV. p. 2. *decif. 13. & lib. 11. in- r. pr. consist. defn. 247.* MEVIUS P. 8. *decif. 110.* REINKING. *de re- gim. sec. & ecclef. l. 3. clas. 1. c. 6. n. 6.* Obiiciunt (1) exempla piorum Regum Israelis, qui reformationem ecclesiæ suscipi- entes cum consilio statuum vniuersorum eam perfecisse legun- tur, quod etiam vrget IOH. OLFARIUS apud DEDEKEN, *Vol. 1. m. 2. sect. 1. n. 2.* Adducunt hunc in finem exempla Iosue vid. *Iosue XXIV. 1. seq.* Davidis, *1. Paralip. XIV. VII. 2. Sam. VII. 3.* alio- rumque, & simul ostendunt, quod, quando ab hac ratione impii magistratus recesserint, non modo scandalum ecclesiæ præ- buerint, sed etiam grauissimas luerint pœnas exemplo Gideo- nis, *Iudic. VIII.* Saulis contra interdictum prophetæ sacrifican- tis, *1. Sam. XV.* Ierobeami instituentis festum hæctenus inau- ditum, *1. Reg. XII. Ozia 2. Paralip. XXVI.* Sed facile solui po- terit nodus, modo supponatur, quæstionem de folis adiapho- ris, seu ritibus non determinatis esse. In his textibus vero agi- tur de *ritibus* lege ceremoniali vel *præceptis* vel *prohibitis*, adeo- que qui contra eam egerant, puniti leguntur. Præterea in adductis textibus fit quidem mentio factæ *congregationis*, sed non definitur, quod facta fuerit rituum determinandorum & legum ecclesiasticarum ferendarum gratia, sed vt populus, quæ suæ essent partes in obseruandis præceptis diuinis, admo- neretur. Vrget porro CARPZOV. n. 21. quod, quia princeps solus non constituit ecclesiam, nec solus possit de negotiis eccle- siasticis disponere. Hic vero laborat consequentia, cum prin- ceptis, quando constitutiones ecclesiasticas condit & publicat, non consideretur vt *membrum ecclesiæ*, sed vt *legulator rei- publicæ*, in qua talis cœtus commoratur, imo intuitu *reipublicæ*, eas condit, cuius gratia ex iure summo circa sacra libertatem ecclesiæ recte quodammodo restringere potest. Quot enim rixæ & contentiones possent exurgere inter ipsos clericos, cum

An clerici si- mul adhiben- di sint.



cum quidam ritus tenaciter defendant, alij damnent, vnde schismata, novæ sectæ, aliaque incommoda oriuntur. Sensit hoc suo damno ecclesia Anglicana, postquam episcopales instituta antiqua summopere propugnant, quæ presbyteriani reiicienda esse contendunt. Notum est bellum *adiaphoristicum* in Germania. Nota est reformatio Germaniæ, quæ etiam circa res liturgicas & instituta antiqua occupata fuit. Quanta cum vehementia circa imagines deiiciendas certatum fit, docet CHYTRAEVS *lib. 23. pag. 636.* Neque tamen ideo, quod alij volunt, læditur libertas Christiana, quam B. LVTHERVS egregie explicuit in libello de *libertate Christiano*. Nobis enim sermo est de mere *arbitrariis*, & quemadmodum Paulus ecclesiasticam libertatem non violavit, dum voluit, vt omnia in ecclesiis decenter & ordine fierent, ita nec princeps contra ecclesiasticam libertatem aliquid fecisse contendendus est, si circa ordinem quid disponit. vid. BRVNNEMIUS *eccles. l. 1. c. 2. §. 28. & 39.* & CONRING. de *autorit. Maiest. circa sacra thes. 15.*

*Vtiliter adhibentur non necessario ministræ ecclesiæ.*

§. VIII. Denique subiungit CARPZOV. *n. 28.* nullam esse suscipiendam reformationem cultus diuini ac rituum ecclesiasticorum sine consilio Theologorum recte sentientium & fidelium. Equidem non nego bonum principem *prudenter* & *optime* facere, si consilia piorum & moderatorum Theologorum de illis, quæ ad externum cultum spectant, audiat, eaque si salubria deprehendat, sequatur, MEVIUS *P. 4. Di. 1. n. 4.* adeoque si verba CARPZOVII de *nudo consilio* intelligenda forent, nihil esset, quod ulterius moneri deberet. Sed dubium semper superest, quinam sint fideles ac pii ministri, obseruante BRVNNEMANNO *iur. pr. eccles. l. 1. c. 2. §. 26.* Imo si ex præscripto ministrorum ecclesiæ omnia vellent dirigere principes, sæpe tyrannidis alienæ carnificem agerent. PUFFENDORFF. de *hab. relig. christ. §. 51.* Sit ita, principem bene facere, si Theologorum monita audiat, minime tamen necessitate aliqua adstringitur ad placita eorum. Vnde fuit, quod aliquando, spreto *ex iusta causa* Theologorum suorum consiliis, extraneos in consilium vocare possit, quemadmodum Menfe Ian. 1766.



1706. ad Facultatem illustrem iuridicam ordinationem quandam transmissam esse, mihi retulit Dn. PRAESES, ut, quæ circa ea momenta essent, responderent, quod fecit sequenti responso.

Als dieselbe uns eine abgefasete Kirchen-Ordnung, nach welcher sich die berufene Prediger in der Kirche zu Gebhardsdorff in Verrichtung ihres Amtes verhalten sollen, zu geschicket, und unser Guthachten darüber begehret: so haben wir dieselbe collegialiter mit Fleiß erwogen und examiniret, und, wenn wir zusetzender zum voraus setzen, daß dieselbe entweder aus hergebrachter Obteruanz oder sonstn besugt sey, dergleichen Ordnungen in Kirchen-Sachen zu machen, nicht etwas finden können, so einiger Anderung bedürffe, sondern halten vielmehr davor, daß solche allerdings löbl. eingerichtet, und zur Beförderung der höchstnößigen Ordnung in Kirchen-Sachen zum entzweck habe, und gleichwie alle äusserliche Anstalten zur Erbau- und Befegung in der Gemeine des Herrn eingerichtet seyn müssen, so befinden wir in obgedachter abgefaseten Ordnung, daß auff solche auch hauptsächlich mit gesehen worden, nach Anleitung des 1. 2. 3. und 11. *Articuls*, vermöge welcher die Prediger billig erinnert werden, alle undienliche Umschweiffe, pigmenta oratoria und dergleichen zuneiden, und den fürnehmsten Zweck der Predigten wohl zu beobachten, welcher hauptsächlich darinn bestehen soll, daß die fast erstorbene Frömmigkeit bey den Zuhörern möge wieder erwecket, und die zum predigen bestimmte kurze Zeit dazu angewendet werden. *BRVNEM. in iure eccles. L. 7. c. 6. §. 3. 9.* Wie wir dann auch billig approbiren, was in dem *artic. 11.* von der modestie in dem Elencho ist erinnert worden, wiewohl auch bey Wiederlegung der irrigen Lehrepuncte billig die Leute zu warnen sind, daß sie dabey nicht in das andere extremum, wie öfters geschiehet, fallen, und das studium pietatis darüber hindan setzen, oder sonst dabey sicher werden, als zum Exempel bey der Lehre von guten Wercken und dergleichen, sondern nebst der reinen Lehre auch ein reines Gottwollgefälliges Leben intendiret werde.

Rom. XII, 1.

CYRILL, HIEROSOL. CATECH. IV. P. 23.

§ 3

Dahero



Dahero dann auch nach Anleitung des *art. 10.* gar wohl versehen, daß die Laster und Tugenden mit allen Eysfer und Ernst gestraffet, und dabey die *gradus admonitionis* woll in acht genommen werden solien, weil aber solches vornemblich auff die *delicta commisionis* zieleet, so wird über dem nothig seyn, daß die *delicta commisionis*, welche am wenigsten gemeinlich pflegen geachtet zu werden, gleichfalls mit allen Ernst denen Zuhörern vor Augen gestellet, und sie davon gehörig abgemahnet werden, anerwogen Christus am meisten davon Rechnung an jenen Tage fordern wird.

*Matth. XXV. 42. seq.*

Im übrigen ist bey dem 14. Punct gar woll erinnert, daß man bey denen öffentlichen Kirchen-Gebeten verbleiben solle, als welches aus der oftmahligen Wiederholung der gemeine bekandt, und also von gemeinen Leuten desto besser mit gebetet werden können, es muß aber dadurch denen Predigern, welchen es zu thun beliebet, nicht verwehret werden, die Predigt mit einem kurzen Gebet zu beschließen, dadurch die Gemeine zu besserer Ausübung dessen, was geprediget worden, nochmahls auff zu muntern, inmassen dieses vorlängst von obgedachten BRUNNEM. *recommendiret* ist.

*de iure eccles. Lib. 1. c. 6. m. 6. §. 3.*

Wie denn dergleichen auch bey denen alten Kirchen-Lehrern bekantter maassen gebräuchlich gewesen, welches wir zu verlangter Nachricht melden wollen.

*Quibus prae-  
terea com-  
parat ius con-  
dendi ordina-  
tiones eccle-  
siasticas.*

§. IX. Non tamen adeo proprium statibus imperii est ius circa sacra, ut aliis, qui *statuum* nomine haud veniunt, penitus denegari debeat. *Immediata nobilitas*, quamvis proprie inter *status imperii* non sit connumeranda, cum defituatur voto & *sessione* in comitiis, ius tamen sacrorum habet, per *Art. IV. §. 17. I. P.* De ciuitatibus imperii nullum dubium, cum sint *status imperii* & de horum eminentia *reali* participant, quamvis quoad dignitatem *personalem* iis aequiparentur. Ciuitates autem *provinciales*, quæ principibus imperii plene subsunt, & *municipales* alias dicuntur, non possunt hoc iure uti, quod *iure territoriali* tantum ipsis territorii dominis competit. Equidem non nego, quasdam ciuitates *municipales* titulo *prescriptionis immemorialis ecclesiastica* iura acquisiuisse, & haftenus circa *ordinationes ecclesiasticas* disponere, hoc tamen minime ad *regularitatem* led



fed ad *exceptionem* spectat. Vnde talis præscriptio ortum traxerit, docet MEVIUS. p. 2. *decis.* 305. n. 14. Quando, ait, *cepta* post euangelii lucem reformatione religionis, ciuitates non expectata principum prouidentia, aliqua ex iis, quæ ad sacra spectabant, emendare ceperunt, ex iis, quæ ecclesiastica curæ atque potestatis ante fuerunt, aliqua ad se traxerunt, & in possessionem venerunt, euenit postea, ut per subsequutam pacem religionis suspensa iurisdictione ecclesiastica, & exinde ad territorii dominos ea relabente antea occupata, tanquam quæ occupatione veluti antehac in ius suum venerant, principibus concedere nollent, sed vel ex occupatione vel ex iurisdictione omnimoda defenderent. Plenius hanc materiam illustrat DN. LYNCKER *resp.* 74. vbi inter alia n. 16. ait: Nachdem auf erfolgte reformation der Diath zu Naumburg nebst dem Ober-Pfarrer des Orths (welchen auch zu einiger Zeit und zwar so wohl ums Jahr 1530. als zur Zeit der aufgerichteten Concordien-Formul. das prædicat eines Superintendenten, so bey uns die Bedeutung eines Bischoffs hat, gegeben worden) eine besondere Kirchen-Ordnung aufgerichtet, wie dergleichen nicht weniger auch hiesiger Landen, daß nemlich Graffen und Herren so doch Land-Stände, auch auf Sächsischen Lehn in den vorigen Zeiten Kirchen-Ordnungen verfasst, zu befinden, und dessen Reichs-Rechten und Gewohnheiten nicht zuwieder ist, bey welcher Kirchen-Ordnung auch die Stadt beständig geschützet worden, inmassen denn die Churfürstl. Kirchen-Ordnung zu ihren præinditz und contra ius ciuitatis & ministerio quaesitum nichts verfangen mögen, per tradita SVRDI *consil.* 68. n. 9. seq. vt nec quod statutum superioris aliud. Und überdis die Obleuantia gnugsam bezeuget, daß die Stadt in vielen Stücken des iuris episcopali von Anfang gebrauchet habe, dahero sie keine præscription deßfalls wieder ihre Herrschafft, als welche solche Stücke anfänglich nicht gehabt, vonnöthen. Neque vero dicendum est, per instrumentum pacis hæc iura mediatis adempta esse, cum potius hæc specialiter hinc inde confirmata legantur vid. *Artic.* X. §. 16. *Artic.* XI. §. 4. 8. Reliquæ ciuitates, quæ penitus superiori non subsunt, sed proprio quasi iure viuunt, & mixtæ, quamuis non adeo apte, a doctoribus vocentur, iure vero comitiorum deffi-



defituuntur, *statuendi iure* per se gaudent. Illustrabo hoc verbis Domini DORRIEN, cognati mei charissimi, qui in *Diss. de Diss. fer. iur. commun. & statut. Hildes. p. 7. & 8.* ita. *Civitas Hildesien- sis, quæ liberis & imperialibus cum immunitate tum antiquitate parum cedit, non modo facultatem habet circa externa, sed etiam circa ecclesiastica statuendi, eamque supra hominum memoriam exercuit, vi historiarum monumenta attestantur.* Prouocat insuper ad tractatum Icti celeberrimi SCHRADERI *Consil. Beunsu. Laneb. & synd. Hildes.* qui inscribitur: *vindicie iuris circa sacra & consistorii profrenatu Hildes.* vbi plenius hæc materia excutitur. Addi præterea potest eiusdem *assertio libertatis, excussa Anno 1700. fol. 1. 2. 3. & c.* Ceterum mox post reformationem hoc iure civitatem Hildesensem vsam fuisse, docet antiquissima *ordinatio ecclesiastica* sub tit. *Kercken-Ordnunge der alten Stadt Hildesheim gedruckt tho Hannover anno 1544.*

*Consistoria non condunt sed applicant ordinationes.*

§. X. Hanc circa sacra potestatem communiter princeps in *consilio secretiori* exercet. CARPZOV. I. *Consil. 1. Def. 12.* Consistoria sane non habent ius ordinationes *conficiendi*; sed tantum eas *applicandi & interpretandi.* WEBER *de iure Consist. c. 27. sect. 8.* Imo quamuis princeps executionem harum constitutionum cuiunque demandare, negotiaque ecclesiastica etiam iudicia ecclesiastica seu consistoria constituta, iisque causæ quædam delegatæ sunt. Inde sequitur, vt, quæcunque causæ huic iudicio non sunt delegatæ, tribui debeant consilio principum secretiori. Quænam autem sint illæ causæ, ex cuiusvis consistorii ordinatione, legibus, praxique petendum est. Conf. *tract. Dni. Consil. SCHRADERI de causis fori eccles.* Proinde non intempestiue quæritur, *utrum nobiles mediati, qui statuum euangelicorum landsassii sunt, vel etiam ciuitates mediatae, si iure consistoriorum habendi instructæ sunt, & iurisdictionem ecclesiasticam exercent, possint etiam ordinationes ecclesiasticas condere?* Ciuitates quasdam hac potestate specialiter instructas esse, iam ante quidem dixi; ast facultatem condendi ordinationes non simpliciter a iure consistorii dependere constat, cum aliud sit *ius condere & ius dicere.* Imo nequidem in secularibus satis fundata quorun-



quorundam Doëtorum regula, quod ciuitates, omnimoda iurisdictione instructæ, statuta condere possint, v. MENCKEN. *disp. de stat. non confirm. eff. §. 8.* cum tamen facilius iurisdictione secularis magistratui oppidano concedatur. Rarius vero ecclesiastica iis competit, imo regulariter iis denegatur CARPZOV. *lib. 1. iur. pr. eccles. def. 3.* adeoque, vbi *extra ordinem* ab illis exercetur, vltra limites extendi nequit, cum qualitercunque eam habeant, eam *dependentem* exerceant, saluo recurſu ad principem, sacris iisdem addictum, qui illam *independentem* & sic eminentiori ratione exercet. Obtinet hic quoque regula: *tantum præscriptum, quantum possessum*, & ita, *solo iure consistorii præscripto*, non statim quoque acquisitum est ius ordinationes ecclesiasticas condendi.

§. XI. Diuersa est ratio, si de statuum catholicorum land-  
 fassis vasallis & subditis quæstio mouetur, qui anno 1624. publi-  
 cum religionis exercitium habuerunt. His enim concessum est  
 in *instrum. Pac. art. V. §. 31. vt id in posterum quoque retineant*. *Quid si prin-*  
 cepſ diuersam  
 a subditis fo-  
 neat religio-  
 nem.  
*una cum annexis. quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exer-*  
*cia fuisse probare poterunt. Huiusmodi annexa habentur, insti-*  
*tutio consistoriorum, ministeriorum, tam scholasticorum quam*  
*ecclesiasticorum, ius patronatus, ALIAQUE SIMILIA IVRA,* sub  
 quibus etiam comprehenditur, *ius ordinationes ecclesiasticas*  
*condendi.* Quamuis enim forſan isto anno illas haud condiderint,  
 tamen in eius iuris possessione vel quasi plures ciuitates  
 sub episcopis catholicis fuere, vt proinde in posterum hoc  
 iure quoque frui possint. Iam antea LYNCKERI *responsio 79.* mon-  
 ditum est, ciuitates plures, reformatione ingruente, statim ordi-  
 nationes ecclesiasticas in suarum ecclesiarum vſum condi-  
 disse, & præterea publicum religionis exercitium cum aliis an-  
 nexis continua serie retinuisse. Memorabile exemplum eius-  
 modi *ordinationis ecclesiasticæ* est in archiducatu Austriae, quam  
 promulgarunt in ecclesiarum protestantium vſum die zwey  
 Stände der Herren und Ritterschafft im Herzogthum Oester-  
 reich unter der Enns anno 1571. vt rubrica *huius ordinationis*  
 ostendit, quam Excell. Dn. LUDWIG in bibliotheca sua instru-  
 ctissima possidet, mihiq; illam beneuole communicauit.

L

Simile



Simile exemplum est in episcopatu Hildesensi, vbi ciuitas anno 1544. eiusmodi ordinationem edidit sub titulo: *Verken-Ordnunge der olden Stadt Hildesheim, gedruckt tho Hannover anno 1544. durch Henningk Räden.* In calce subscripturunt eam IOANNES BVGENHAGEN, POMERANUS, ANTONIVS CORVINVS, HENNIG WINCKLER, qui eam conceperunt. Et cum ita anno 1624. in huius iuris possessione vel quasi fuerit, vtut de aliis postea concertatum sit, hoc quoque in posterum ei denegari nequit.

*Referuntur  
potiores ordi-  
nationes ec-  
clesiastica.*

§. XII. Haftenus actum est de iure condendi *ordinationes ecclesiasticas*, quo cum singuli *status, ciuitates immediate & immediata nobilitas* gaudeat, plures eiusmodi ordinationes, perdetentim prodierunt, quae, vt collatio earum docet, in pluribus conueniunt. Pleraque sequuntur *Saxonicas ordinationes*, vnde haec primo loco sunt nominandae. In corpore iuris Saxonici deprehenduntur sequentes. (1) *General-Articul und gemeiner Bericht, wie es in der Kirchen mit den Psarr-Herrn, Kirchen-Dienern, Schulmeistern, Dorff-Küstern der eingepfarrten, und sonst an-enthaltlichen vermöge Herzogen Augusten, Churfürsten zu Sachsen etc. ausgegangene Kirchen-Policey und anderer Ordnungen, auf etliche verordnete und beschehene visitationen gehalten werden soll 1580.* Accessit postea *ordinatio magis extensa sub titulo Churfürst Augusti zu Sachsen Ordnung, wie es in seiner Churfürstl. Gnaden Landen bey der Kirchen mit Lehr und Ceremonien, dess gleichen in dero selben beyden Universitäten, Consistorien, Fürstlichen und particular-Schulen, visitationen, synodis, und was solches mehr anhänget, gehalten werden soll.* Hisce accesserunt, *instructio Herzog Friederich Wilhelms zur local visitation der Kirchen und Schulen.* Churfürst Joh. Georgii I. *synodal-general-decret auf die ergangene general und local-visitacion de anno 1624.* *Admonitio ad pastores & ministros ecclesiae.* *Chur-Ordnung, und Mandat der Vereshlung in andern Grad gleicher, und dritten Grad ungleicher Linie de anno 1623. &c.* In appendice corporis iuris Saxonici adiecta est *general-instruction Ioh. Georgii II. Churfürsten zu Sachsen, wie die Kirchen-visitationen verrichtet werden sollen; porro special-instruction der visitation im*



im ganzen Lande, Verboth wegen Entheiligung des Sabbath  
 1655. Verboth wegen der Messe 1673. Hæ & quædam aliæ or-  
 dinationes coniunctim editæ sunt anno 1708. sub tit. *corpus iu-  
 ris saxonici eccles.* Churfürstl. Sächsische Kirchen- & Schul- wîe  
 auch andere dazu gehörige Ordnungen. Merito quoque no-  
 tandæ sunt Serenissimorum Ducum Saxonie ordinationes, vt  
 Iohannis Ernesti, Arnolphi Wilhelmi, Iohannis Georgii &  
 Bernhards, verbesserte Kirchen-Ordnung auf Ihro Fürstl. Durch-  
 lauchtigkeit gesambte Fürstenthümer und Landen gerichtet anno  
 1609. Item Fürstl. Sachsen- & Gothaische reuidirte und wieder  
 neu- aufgelegte Kirchen- Agenda de anno 1682. & c. Saxonieis pro-  
 xime accedit Magdeburgensis Churfürstl. Brandenburgische im  
 Herzogthum Magdeburg publicite Kirchen-Ordnung de anno  
 1685. Celebris præterea est *ordinatio consist. March.* quæ anno  
 1542. prodit, sed nouior de anno 1685. hodie in vsu est. Inpri-  
 mis vero hic adduci meretur, serenissimi ducis Brunswicensis  
 & Luncburgensis ANTONII VLRICI renouirte Kirchen-Ordnung  
 de anno 1709. cui multa specialia edicta adiecta sunt. Antiquio-  
 res plures extant, quarum seriem refert Dn. IO. ANDREAS SCHMID  
 abbas Mariæ uallensis in *recens. ordinat. eccles. Brunswico-Guel-  
 pherbytânarum a reformat. ad præsens tempus*, quas per com-  
 pendium hic referre lubet. Prima edita & compilata est a  
 IOANNE BVGENHAGIO Pomerano anno 1528. sub titulo: *Der  
 erbaren Stadt Brunshwig Christliche Ordnunge to Denste dem  
 hilgen Euangelio, Christlicher Lehre, Tucht, Frede und Eynicheit,*  
*och darunter veele Christliche Lehre vor de Bôrgere.* Dorch Ioan-  
 nem Bugenhagen pommern beschreuen 1528. Hanc d. 5. Sept. d.  
 anni exhibuit senatui atque ab omnibus probatam typis ex-  
 scribi curauit, cuius contenta plenius refert SECKENDORFFVS  
 in *hisor. Lutheran. lib. 3. §. 109.* Subiicitur eidem approbatio a  
 senatu Brunswicensi facta, cum absque illa auctoritatem legis  
 ecclesiasticæ habere haud potuisset. Solenne enim eo tempo-  
 re fuit, vt ordinationes a Theologis, quibus reformatio maxi-  
 me curæ erat, conscriberentur, & post publice approbarentur.  
 In *agendis ecclesiasticis Lusatie superioris*, anno 1696. editis, ea-  
 rumque præfatione referuntur agenda anno 1536, in vsu eccle-  
 siarum



fiarum Saxonicarum confecta per IVSTVM IONAM, D. GEORGIUM SPALATINVM, CASPAREM CREVTZIGERVM, FRIDERICVM MYGONIVM, IVSTVM MENIVM, & IOANNEM WEBERVM. Hildesheimensem concepit ANTONIVS CORVINVS &c. quæ cura vel ideopotissimum Theologis relinquebatur, quia, vti res docet, *agenda* illa absoluntur *doctrinalibus* aliisque ceremoniis piis in liturgia adhibendis. Sed iura ipsa in iis haud determinantur, quæ post demum nouis & peculiaribus *ordinationibus* determinata sunt opera Ictorum & inde factum, vt in ecclesiis plurimis distinguantur die *Kirchen=Agenden*, und *Kirchen=Ordnungen*. Redeo ad subsequentes *ordinationes ecclesiasticas Brunsvicensis*, per quas prima emendata est. Nam anno 1542. per IO. BVGENHAGIVM, ANTONIVM CORVINVM & MARTINVM GOROLITIVM prior correctæ & anno seq. edita est sub hoc titulo: *Christliche Kirchen=Ordnunge im Lande Brunschwick, Woltffenbüttels Deles*. Senatus porro Brunsvicensis ordinationem a Pomerano conscriptam idiomate Saxonico in dialectum Mifnicam anno 1563. transferri curauit. Post anno 1569. IVLIVS per D. CHEMRITIVM & D. ANDREAE ordinationem ecclesiasticam edi curauit sub titulo: *Kirchen=Ordnung unser von Gottes Gnaden Julii Herzogen zu Braunschweig und Lüneburg etc. Wie es mit Lehre und Ceremonien unser Fürstenthums Braunschweig, Woltffenbüttelschen Theils, auch derselben Kirchen anhängenden Sachen und Verrichtungen hinfort vermittelst göttlicher Gnaden gehalten werden solle*. Huic successit Augusti ordinatio *de anno 1657*. quæ tamen primam tantum eius partem de ratione ceremoniarum constituit, cui nunc demum accessit altera pars, anno 1709. edita, cuius antea iam mentionem inieci, & dicitur *renouata ordinatio ecclesiastica*. Habent porro ciuitates tam *immediatæ*, quam *mediatæ* suas peculiare ordinationes, quorum pertinet *Luneburgensis* de anno 1631. *Strasburgensis* oder *reuidi* te *Kirchen=Ordnung* de anno 1670. Item *Kirchen=Ordnung der Heyl. Reichs Stadt Rotenburg auf der Tauber* de anno 1668. *Kirchen=Ordnunge der alten Stadt Hildesheim* de anno 1544. Edita etiam est Hannoueræ anno eodem ordinatio ecclesiastica sub tit: *Christliche Kirchen=Ordnunge, Ceremonien und*



und Gesänge vor arme ungeschickte Pfarr-Herrn in dem löfflichen Fürstendome Hertogen Ericke gestellet und in dem Druck gegeben, cui præmisit ANTONIVS CORVINVS præfationem. Denique Ordnung der Kirchen in eines ehrbahren Rathes zu Schwäbischen Hall Obrigkeit und Gebiet gelegen anno 1543. &c. Hæ & plures aliæ, quarum copiam habere non licuit, in plurimis inter se conueniunt, cum plerumque ecclesiæ protestantes eo allaborauerint, vt sicut in confessione ita quoque in ceremoniis & iuribus, quantum fieri potuit, conuenirent.

§. XIII. Quemadmodum itaque, vbi ordinationes speciales adsunt, illis primario standum est, maxime vbi *ius canonicum* corrigunt; ita vbi deficiunt siue *in totum* siue *pro parte*, ibi ex rationibus antea adductis recurritur ad ius canonicum, ad quod olim etiam recursus patuit, vbi iam ordinationes essent conditæ. Vestigium eius rei occurrit in *ordinat. Bran- sic. de anno 1543*, in qua de causis matrimonialibus ita disponitur. Doch dat se nicht volgen des Pawest unrechte Rechte in diesen zween Ehe-Sacken, in unversunflichen Ehe-Brocke, und in unwedderkomliken weglopen (h. e. adulterio & malitiosa desertione) davon gute Bockessen geschreyen synd, uht Gades Worte, nadem natürliken Rechte. Reprobatur hic tantum ius canonicum in *duobus articulis*, quod indicium præbet, in non reprobatis pro norma adhuc in foro ecclesiastico retentum fuisse, quia alias haud necessum fuisset, illud in quibusdam articulis corrigere. Rectius vtique protestantes fecissent, si *in subsidium*, *Quamuis non satis bene hoc fiat.* vbi deficiunt ordinationes, *verbum Dei & ius nature* vbi que consulissent, prout in adductis verbis dispositum est. Sed Icti intercesserunt, quo minus aboleri ius canonicum, & monitum adductum in praxin deduci potuit, partim quia iuris nature & doctrinæ moralis peritia haud instructi erant, partim, quia S. scripturam Theologorum foro relinquendam esse censebant, partim etiam, quia ius canonicum tam altas radices in praxi egerat, vt illud aboleri haud posset, cum nequidem reformatione inchoata studium eius remitteretur, sed Wittebergæ adhuc anno 1521. a Iusto Iona publice legeretur, quod grauius Lutherus improbat *lib. I. epist. 237.* vid. SECKENDORFF, *hisor. Lutheran.*



theran, lib. 1. §. 3. n. 1. cum etiam ius ciuile iuri canonico præferret, IDEM cit. tr. lib. III. §. 130. n. 27. Cum itaque, vti ex hæctenus dictis constat, ICti ex postfacto nunquam amorem erga ius canonicum deposuerint, facile de *hodierna praxi iuris canonici in terris protestantium*, vbi ordinationes deficiunt, iudicare licet, quæ, vbi adsunt, ne quidem fatis solide sine huius iuris

*Adeoque prudentia in applicando iure canonico adhiberi debeat.*

cognitione intelligi possunt. Interim tamen merito ICti proiudi vsus eius ita temperant, ne temere quascunque conclusiones sequantur, quæ ex reprobatis principiis fluunt, vel vbi lege publica probatæ & receptæ sunt, vt autores principiant de conclusionibus huius corrigendis, vel dispensatione mollendis, cum quilibet in expurgandis huius quilibet merito sollicitus esse debeat. Exempli loco hic adduco responsum *illustræ Facult. iurid. Mens. Aug. 1711.* his verbis conceptum,

Seyd ihr vorm Jahre bey einen Meister in Rochlitz als Buchbinder-Geselle gezogen, und als ein halbes Jahr darauf euer Meister wegen dringenden Schulden nach Danzig gereisset, ihr unter dessen zurück geblieben, um das Handwerck zu versehen, da es sich denn zuggetragen, daß ihr sechs Wochen nach eures Meisters Abreise euch mit der Meisterin fleischlich vermischet, auch solches nach der Zeit etliche mahl wiederholet, davon auch dieselbe schwanger worden, dahero sowohl gegen euch als der Meisterin inquiriret, und auf eurer beyder Geständnis, ihr zwar weil der Mann es ihr erkant worden, dahero ihr befohlen seyn wollet, ob die Straffe nicht zu mitigiren sey.

Wann nun gleich nicht zu leugnen, daß ihr nach Strenge der Rechte die Todtes-Straffe wohl verdienet, angesehen ihr den Ehebruch würckl. vollzogen, und etlichemahl wiederholet, die Frau auch davon schwanger geworden, und daß der Mann seiner Frauen verziehen, nach dem Sächsischen Rechten euch nicht zu straffen kommen mag, nechst dem die angegebene Trunckenheit nicht so beschaffen gewesen, daß man daraus von der ordinaria pœna abweisen mögen, zumahl ihr den Ehebruch nachgehens 7. mahl widerholet, wie dann auch, was ihr von der ignorantia iuris angeführet, in delictis keine statt findet.

Will



Weil aber dennoch bey dem heutigen Straffen des Ehebruchs wohl zu erwegen, daß deren rigor vorneml. aus dem päpstlichen principio de sacramento matrimonii hergestossen sey, zumahl die profanatio huius sacramenti präventi vor ein grosses Laster bey denen pontificiis jederzeit gehalten worden, welche vorneml. in den Ehebruch sich ereigen soll, und daraus auch die Todes = Straffe in Käyserl. Rechten bestätigt, nachgehends auch in die peincl. Hals = Gerichte und andere Landen = constitutiones gebracht worden, und ob wohl in göttl. Gesezen die Todes = Straffe gleichfalls auf den Ehebruch gesezet ist. *Leu. XXI, 10. Deut. XXII, 22.*  
 Doch solche der meisten Meinung nach pro poena mere forensi gehalten wird, welche vorneml. aus dem iure singulari Zelotarum hergestossen.

*SELDEN. de vxor. Hebr. lib. III. c. 11. in f.*  
 und dahero vorneml. alsdenn exequiret worden, wann der Mann, welchen durch solchen Ehebruch tort gesehehen war, aus grossem Euffer darauf drunge, hergegen aber cessirte, wann der Mann es seiner Frauen und dem Ehebrecher vergeben,

*CARPZOV. p. 2. qu. 55. n. 10.*  
 auch deswegen die patres primitivæ ecclesie selbstn auf solche reconciliation sehr gedrungen, und denen Beleidigten dieselbe recommendiret. *c. 7. 8. seq. c. 32. qu. 1.*  
 Also nicht mag gesaget werden, daß in solchen Fall, wenn der Mann den Ehebruch der Frauen verziehen, dennoch der Ehebrecher ex iure divino mit dem Tode gestraffet werden müsse, vielmehr dieser rigor aus keinen andern Grunde herzuholen ist, als weil man nach den principiis pontificiorum davor gehalten, daß der Ehebrecher das sacramentum matrimonii violiret, und er deswegen mit dieser harten Straffe allein belegen werden müsse, obgleich die Ehebrecherin wegen intercession des Mannes frey ausgienge, auch aus denen göttl. Rechten nicht wird zu erwiesen stehen, daß allein die Todes = Straffe an dem Ehebrecher jemahls sey exequiret worden, want man der Ehebrecherin wegen des Mannes reconciliation verschonet, auch deswegen ausser Chur = Sachsen die einmahl gesehene reconciliation mit der Ehebrecherin auch den conquisito mit zu gute kommet.

*CARPZ. p. 2. pr. crim. qu. 55. n. 122.*

Sumahl





Zumahl alsdenn das wahre fundamentum der Todes-Straffe cessiret, und also hieraus wenigstens so viel erhellet, daß die Todes-Straffe in diesem Fall billig inter rigores pœnarum zu rechnen, welche aus bewegenden Umständen billig von der hohen Landes-Obrigkeit zu temperiren, worunter denn sich bey euch dieses vornehm. findet, daß ihr als ein Fremder von solchen rigore nichts gewißt, und obwohl die ignorantia iuris a pœna ordinaria nicht gänzl. excusiret, doch solches billig in consideration zu ziehen ist, wann die pœnæ sehr rigoros sind, und die hohe Landes-Obrigkeit umb gnädigste mitigation angeruffen wird.

TIRAQUELL. de pœn. temper. c. 10.

Zumahl daß diese pœna bey gegenwärtigen Umständen iuris diuini und communis sey, welches die Hrn. Urtheils-Fasser zum fundament gesetzt, aus vor angezogenen Gründen nicht behauptet werde mag, nechst dem auch von euch die Trunckenheit vorgeschühret worden, welche, ob sie nicht zwar so starck gewesen, daß sie ordinariam pœnam abwenden möchte, dennoch die hohe Landes-Obrigkeit bewegen mag, euch Gnade zu erweisen, anerwogen auch eine geringere Trunckenheit so beschaffen, daß sie einen Menschen leicht zu diesem delicto antreiben kan, absonderl. wenn darzu Gelegenheit gegeben worden, wie ihr solches in eurem Bericht angegeben, ihr auch selbstn eure Unwissenheit dadurch zur Gnüge an den Tag gegeben, daß, da der Meister zurück gekommen, und euch das Laster verwiesen, auch solches eclatiret, ihr dennoch euch nicht wegbegeben, sondern der inquisition unterworfen, und das Laster bald gestanden, dahero, was in rationibus dubitandi angeführet worden, nichts mehr als dieses erweist, daß die Herr Urtheils-Fasser vor sich ab ordinaria pœna nicht wohl abgehen mögen.

So erhellet hieraus allenthalben so viel, daß, wenn ihr euch bey der hohen Landes-Obrigkeit pro mitiganda pœna melden werdet, ihr alsdenn aus obangeführten Gründen, Gnade zu verhalten, verhoffen konnet. B. N. W.

Ego, qui iam ad ipsam praxin tendo, de praxi iuris canonici nihil amplius addo, sed B. L. ad ipsam praxin ablego, quæ illa, quæ fuis a me dicta sunt, multis modis illustrabunt. Deo interim pro concessis viribus & gratia in signi sit laus & gloria!

F I N I S.











ULB Halle

3

004 069 390



nc18

Wong Karte









22953<sup>e</sup>

1712

11

76

13

DISSERTATIO IVRIS ECCLESIASTICI  
DE

**PRAXI  
VRIS CANONICI  
IN TERRIS PRO-  
TESTANTIVM**



QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**N. FRIDERICO WILHELMO**  
PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE  
BRANDENB. &c. &c.  
IN ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA  
PRAESIDE  
DOMINO

**STO HENNINGIO BÖHMERO**  
D. ET PROFESS. IVR. ORDINAR.  
VTORE AC PRAECEPTORE SVO AETATEM COLENDO  
IN AVDITORIO MAIORI  
D. VI. IVLII MDCCXII.  
PVBLICO EXAMINI SVBMITTET

AUCTOR ET RESPONDENS  
**ANNES MELCHIOR OPPERMANN**  
HILDESIENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
Typis IOANNIS GRVNERI, Acad. Typogr. Recusa 1722.

